ORATIO
DE SCIENTIARVM
ET
VNIVERSITATVM
VTILITATE

Auctoris adnotationibus suas addidit doctissimus LAMIVS, *quas Littera* L. *singulis praefixa indicabit*.

FLORENTIAE. MDCCXXXXI.
Ex Typographio IOANNIS BAPTISTAE BRVSCAGLI & Sociorum, ad Insigne CENTAVRI.

CVM ADPROBATIONE.

ILLVSTRISSIMO VIRO
POMPEIO NERIO
PATRITIO VOLATERRANO
SERENISSIMI M. ETR. DVCIS PRIVATI PATRIMONII
ET IVRIS VENANDI PISCANDIQVE AVDITORI
ETRVSCI REGIMINIS A SECRETIS
QVAM IN SENENSI LYCEO HABVIT
DIE XVI. AVGVSTI MDCCXXXXI.
EIVS CIVITATIS ACADEMIA
OPTIMI PRINCIPIS BENEFICIO INSTAVRATA
ORATIONEM D. D. D.
DOMINICVS VALENTINI PVBL. THEOL. PROF.

QVum nuper summa Clementissimi Principis Beneficentia Academia nostra sit restituta, peropportu-

 num

num mihi visum est argumentum de optimarum artium, deque *Vniversitatum* utilitate differere. Cui vero potius, quam tibi hunc qualemcunque sermonem offerrem, qui in hac instauratione potissime laborasti: Qui literis omnibus, literatissimus ipse, summopere faves: Qui solo naturalis bonitatis impulsu ad me beneficiis cumulandum cum optimo Parente conspiras. Excipe igitur illum ingenita tibi humanitate, ac benevolentia; & perge, ut facis, Academiam nostram, nosque singulos, tuo Patrocinio complecti. Nihil habet nec fortuna tua maius, quam ut possis; nec natura tua

me-

melius, quam ut velis iuvare quamplurimos vel conſiliis, vel praeceptis, vel auctoritate, quam tibi ſingularis CLEMENTISSIMI PRINCIPIS Benignitas pro tuis meritis tribuit.

QUoties magnas, multiplicesque utilitates considero, quae ex recta bonarum artium institutione in humanum genus proficiscuntur, toties miseram earum gentium fortunam deploro, quae vel morte doctorum hominum, vel exsilio (1) rerum fere omnium sempiterna ignoratio-

 ne

(1) J'ai rapportè d'autant plus volentiers tout le detail de la mort de Thraseas Poetus, que ce fut comme le signal de la persecution; qui s'eleva a Rome contre les Philosophes, & en general contre tous les honnêtes-gens. Ceux qui echapperent aux traits meurtriers de Neron, ou s'exilerent eux-mêmes, ou furent transportes par ordre de l'Emvereur dans des lieux ecartès, & solitaires. Jamais on ne vit une plus odieuse calamitè . . . .

Vespasien jaloux de son autoritè eloigna de Rome une seconde foi tous les Philosophes. Il vouloit par-là se venger des traits injurieux, & satiriques, dont ces Philosophes l'accablojent chaque jour . . . . . .

Le nouveau regne de Titus ramena les Philosophes a Rome, qui sentojent bien le merite de se retrouver dans une ville, ou abondoit tout ce qui peut nourrir, & fertiliser l'esprit. On dit meme, que cet Empereur si doux, si bienfaisant, ne dedaignoit pas de converser, de s'instruir avec eux . .

A Titus succeda Domitien son frere. Mais comme il etoit aussi corrompu, aussi gâtè dans ses moeurs, que son predecesseur avoit etè vertueux, il atta-

ta-

ne (1) indigniſſime damnabantur, tum quod agreſtes (2), barbarique Principes immanibus Populorum moribus delectarentur, tum quod incultae, abiectaeque (3) mentes nec facile ſuas calamitates agnoſcere, nec difficulter ſervitutis jugum ſubire conſueverunt. O nos igitur vere beatos! quibus tam bonus, tam clemens, tam ſapiens obtigit PRINCEPS, qui non tyrannica Neronis, vel Domitiani (4) dominatione, ſed ſuaviſſimo Titi, ac Traiani regimine delectatur. Quum ille hominibus, non beſtiis imperare velit, non ſuppliciis Sapientiae amatores terret, ſed praemiis allicit, nec imperitos nos eſſe jubet, ut acerbitatem tyrannidis animadvertere nequeamus, ſed praeſtantibus doctrinis ornatos eſſe deſiderat, ut iu-

taqua pour la troiſieme fois les Philoſophes, & les exila de Rome. Ie ſuis fatigué, *diſoit il*, d'entendre louer ſans ceſſe Thraſeas Poetus, & Helvidius Priſeus. Ie ſuis las de voir que dans une corruption generale il y ait encore de ames privilegiées qui s'abſtiennent du crime. *Hiſtoire Critique de la Philoſophie Tome troiſieme chap.* 32.

Trajanus etiam Philoſophos revocavit. *Quam dignationem ſapientiae doctoribus babes? Ut ſub te ſpiritum, & ſanguinem, & Patriam receperunt ſtudia? Quae priorum temporum immanitas exiliis puniebat, quum ſibi vitiorum omnium conſcius Princeps, inimicas vitiis artes non odio magis, quam reverentia relegaret. At tu eaſdem artes in complexu, oculis, auribus babes: Praeſtas enim quaecunque praecipiunt, tantumque eas diligis, quantum ab illis probaris. Pl. in Paneg.*

(1) Quod malum & magno Petro Moſchorum Imperatori contigiſſet, niſi optima natura duce ambitioſae Sororis conſilia feſelliſſet. *Le Czar Tedor mourut jeune, & ſans enfans en* 1682. *Avant ſa mort il declara pour ſon ſucceſſeur a l'Empire de Ruſsie Pierre ſon frere du ſegond lit âgè de dix ans parcequ'il connoiſſoit la grande imbecillitè de Jean ſon frere du premier lit.*

La Princeſſe Sophie, leur ſoeur du premier lit, qui vouloit gouverner ſous leur nom durant la minoritè de Pierre, & même quand Pierre ſeroit devenu majeur, fit ordonner dans l'Aſſembleè des Grans, que le deux freres gouverneroient enſemble, & elle gouverna ainſi ſeule pluzieurs. annèes ſou leur nom.

Pour s'aſſurer le gouvernement plus lontems, elle avoit grand ſoin, que le jeune Pierre paſsât le tems de ſon education dans tous les amuzemens des enfans de ſon age, ſans aucune etude, ſans lecture, & ſans rien aprendre.

Ainsi on peut dire, que ſon education, loin d'etre bonne, loin même de n'etre, que negligèe etoit rendue mauvaize par art, afin, que ſe trouvant toute ſa vie incapable d'afaires, il fût obligè de s'en raporter toujours entierement a ſa ſoeur aineè. L'Abbè S. Pierre, Ovurajes politiques Tom. IX. Reflexions morales, & politiques ſur la vie du Czar Pierre I. nè en Janvier 1672.

(2) L. Agreſtes heic, ut videtur, τρωτικῶς.

(3) L. *O curvae in terras animae, & coeleſtium inanes.*
Perſius. Sic Horatianum illud:
Atque adfigit humi divinae particulam aurae.

(4) L. Vide *Agellium* in *noctibus Atticis*, & *Sulpiciae ſatiram*.

iucundissimum ejus imperium, ac paterno [1] simillimum agnoscamus, utque nos publicae felicitatis amplificandae socios habeat, et administros. Hûc profectò spectavit amantissimus Princeps, quum inter armorum strepitum, inter maximas plurium regnorum curas Academiam [2] nostram, nescio quo fato iacentem ac prope intermortuam non solum erexit, sed etiam ad aeternitatem firmissime stabilivit, & ad certam rationis normam sapientissime revocavit. Sed quo melius divini, atque immortalis beneficii magnitudinem deprehendamus, exponam breviter: *Quam utile, quam salutare Reipublicae sit Cives bonis studiis, bonisque doctrinis in scholis publicis, quas Universitates appellant, a probatis, selectisque Praeceptoribus erudiri*. Heinc enim, ut ex aliis rebus perspeximus, intelligemus quam faustum, fortunatumque sit tanto Principi obtemperare; intelligent ingenui atque ingeniosi adolescentes quantopere Reipublicae intersit, ut vitam, non voluptatibus, vel desidia languentem, sed assiduis studiorum laboribus exercitatam traducant.

EQuidem nec bonarum artium pretium, nec humanarum Societatum naturam intellexisse, nec satis vetera historiae monumenta considerasse videtur quidam recentiorum temporum Scriptor, [3] qui doctrinae studia non civitatibus utilitatem, sed damnum, ac perniciem afferre arbitratur. Florentissima cum vetustissimae, tum nostrae aetatis Imperia sine ulla doctrina praeclarissime constituta, & sapientissime administrata commemorat: Romanam Rempublicam nullis per quingentos annos doctrinarum studiis excultam summopere floruisse, ubi vero literarum magistros accepit, corrumpi caepisse, civilibusque bellis dilaceratam interiisse: Lacedaemonem, quae nullas, praeter militarem, disciplinas profitebatur, sapientiae ac virtutis exstitisse magistram, ac tandem ipsis Athenis, bonarum artium domicilio imperasse: Turcarum denique Imperium, unde omne studiorum genus excluditur, [4] caeteris terrarum orbis Imperiis magnitudine, atque opibus antecellere.

Sed

(1) L. *Claudianus de IV. Consulatu Honorii: Tu civem, patremque geras.*

(2) L. Academias adpellamus quas Athenea rectius nominaremus; ut iam abusu nominis invalescente, illud *Claudiani* exclamare possimus. *In latium spretis Academia migrat Athenis.*

(3) Charron liv. 3. de la sagesse Chap. 14. §. 19.

(4) L. Non tam excluditur, quam non excolitur.

Sed nemo ignorat, Athenas (1), Romanamque Rempublicam (2), non literarum ſtudiis, ſed inteſtinis diſcordiis, ac ſeditionibus cecidiſſe, ac denique ipſum Romanorum Imperium, luxu, & aſiaticis deliciis effaeminatum (3) multarum Nationum undique ſimul irruentium impetum ſuſtinere (4) non potuiſſe; Turcarum vero dominationem barbarie, ac ferocia fundatam plus Graecorum imbecillitate, quam propria virtute creviſſe, nec tam recta rerum ſuarum adminiſtratione, quam alienis diſſidiis ſuſtineri, & niſi graviſſimis malis, quibus laborat, remedium aliquod adhibeatur, magnam illi calamitatem in poſterum imminere (5).

Iam vero quibus adiumentis poterit ex ruſticitate, ex barbarie, ex innumeris malis emergere; quibus adiumentis barbarae Aſiae, Africae, atque Americae Gentes iisdem incommodis liberari, niſi literarum lumen acceſſerit, a quibus fere omnes Europae Nationes a quibus noſmetipſi manſuefacti, & exculti ex agreſti, immanique vita ad humanitatem mitigati ſumus, quarumque præſidio animi, corporiſque bona non mediocriter amplificamus, & vitae incommoda non ſolum minuimus, ſed maximorum etiam commodorum compenſatione lenimus.

Atque ut ab ea diſciplina exordiamur, quae latiſſime patet, et ad omnia tempora, omneſque homines pertinet, quis eſt tam vecors, tam plane plumbeus, qui dialecticam (6) utiliſſimam eſſe non videat, quae mentem maximis erroribus li-

(1) *Qui parti civium conſulunt partem negligunt rem pernicioſiſſimam in Civitatem inducunt: ſeditionem, atque diſcordiam: ex quo evenit, ut alii populares, alii ſtudioſi optimi cujuſque videantur, pauci univerſorum. Hinc apud Athenienſes magnae diſcordiae*. Cicer. de offic. lib. 1.

(2) *Vertot* hiſtoir. des revolutions de la Republ. Romain.

(3) Conſiderations ſur les cauſes de la grandeur des Romains, & de leur decadence.

(4) L. *Lucanus lib. I.*
Nec ſe Roma ferens.

(5) Tourneſort Voyage du Levant lettre XIII.

(6) *Quamvis homines, niſi morbo impediantur, recta ratione, ideſt facultate ratiocinandi, vel veritates alias ex aliis per neceſſariam concludendi rationem eliciendi polleant, & hinc negari non poſſit, dari logicam naturalem, inde tamen non ſequitur, ut artificialis ſit negligenda, quia ars naturam perficit, & intellectus, non ſolum facultate, ſed & promptitudine ratiocinandi, quin et methodo veras, falſaſque ratiocinationes diſcernendi inſtructus eſſe debet. Nam & facultate numerandi natura gaudet homo, & potentia ſaltandi, canendi, loquendi, perſuadendi; nec quiſquam tamen dubitat, quin arithmetica, ars commode ſaltandi, muſica, grammatica, rhetorica ſint neceſſariae.*

Quum itaque verum invenire, ac proponere doceat logica, veritas autem vel certa ſit, vel probabilis, de utra-

liberat, certasque veritatis investigandae, aliisque proponendae regulas tradit? Haec fidissima humanae intelligentiae custos Principes in Regnis administrandis, haec Imperatores in belli gerendi rationibus, haec magistratus in Civitatibus procurandis, haec Iudices in causis cognoscendis, haec denique singulos homines in singulis vitae communis partibus regit ac moderatur. Sed quotiescumque vel turbidis animi motibus, vel adumbratis, ac fallacibus signis, vel nimia ingenii nostri fiducia, vel alia quavis causa decepti ab eius praeceptis inconsiderate recedimus, toties in maximos, ac saepe perniciosos errores incurrimus. Vix dici potest quot calamitates tum publicas, tum privatas attulerit vel praeceps, atque inconsulta de rebus incognitis iudicandi celeritas, vel nimia quibusdam hominibus tributa autoritas, vel antiquitatis immoderata admiratio, vel obstinata novarum rerum contemptio, vel perversae opiniones ab infantia susceptae, atque usu, et consuetudine roboratae, vel denique caeteri fontes, unde uberrima, & exitialis errorum copia dimanat. Hinc temere concepta iudicia, hinc vanae futilesque suspiciones, hinc inimicitiae, ac familiarum perturbationes, hinc patrimoniorum iacturae, hinc acerbissima bella, & exercituum interneciones, hinc atroces iniuriae persaepe nascuntur. Quis magni Alexandri crudelitatem non execretur, qui Branchides omnes interfici iussit, quod eorum Maiores quingentis ante annis thesaurum Didymei Apollinis templo conclusum Persarum Regi tradidissent? (1) Quis ridiculam, & anilem Saracenorum Imperatoris argumentationem non stomachetur, qui innumerabilia Alexandrinae bibliothecae volumina ideo comburi imperavit, quia, si eadem continerent, quae Alcoranus, supervacua, (2) si contraria Alcorani decretis, nullo modo ferenda esse censebat? Quis tandem non perhorrescat execrandam Solimani Turcarum Regis sententiam, qua aequum esse affir-

utraque sollicitum esse oportet logicum.

Utilitas ergo hujus disciplinae in omni genere eruditionis plane admiranda est. Quem enim alium studiorum omnium finem nobis proponimus, quam ut veritatem inveniamus, ac inventam communicemus cum aliis?

Reprehendendi itaque, & procul dubio a posteritate infamia notandi, qui, ut iuventutem olim logicae Aristotelicae tricis iusto diutius inhaerentem ad utiliora revocarent, logicam prorsus inutilem esse clamarunt, eique hoc instrumentum necessarium plane excusserunt e manibus.

Sic: Stulti dum fugiunt vitia, in contraria currunt.

Heinecc. elementa logicae cap. I.

(1) Q. Curt. lib. 7.

(2) Vid. Abul-Pharag. in hist. Dynast. IX.

affirmabat, ut unus tantum Princeps universo terrarum orbi dominaretur, quia universo coelo unus tantum Deus dominatur. (1) Quod fallacissimum argumentum si aliorum Principum mentibus insideret, sempiternum in toto terrarum orbe bellum accenderet, & omnia cladibus, omnia sanguine, omnia tumultibus, omnia morte compleret. Innumerabilia eiusmodi proferre possem humanae mentis deliramenta, quae saepissime homines ob ignoratas, vel neglectas recte iudicandi rationes ad iniurias, ad sacrilegia, ad homicidia, ad rapinas, ad omne sceleris, ac flagitii genus incitaverunt.

Iam vero quum Civitates ea ratione potissime sint constitutae, ut homines tutum ab alienis iniuriis praesidium haberent, utque sibi mutuis officiis promptum ad usus vitae necessarios subsidium praestarent, nemo non videt quantum his rebus perficiendis ea Disciplina conducat, cuius praeceptis, institutisque docemur quid summo humanarum societatum Patrono, ac vindici debeamus, quid Populorum Rectoribus, quid Parentibus, quid Cognatis, quid Amicis, quid Patriae, quid nobis ipsis, quid denique caeteris omnibus, quos vel eiusdem Civitatis, vel sola humanae naturae societate coniunctos habemus. Nam quamvis praemia virtutibus, supplicia vitiis proposita ad homines in officio continendos plurimum valeant, tamen ea est humanarum rerum conditio, ut leges non omnia, quae aliquam turpitudinem habent, interdicere possint, nec infinitos rerum eventus complecti, nec poenae metu eos coercere, qui criminum testes non habent, nec satis testium perversitatem compescere, vel malitiosam Iudicum interpretationem effugere, vel omnem impunitatis fiduciam sceleratis adimere, nisi ex morum Disciplina salutare his incommodis remedium petatur. Nec Leges ipsae bonae, ac iustae esse possunt, nisi ad antiquissimae, & immutabilis Legis exemplar accuratissime dirigantur (2).

Hor-

(1) Soliman. II. Traitè de l'opinion Liv. 6. ch. 3. n. 23.

(2) *Le Bien du Peuple est la souveraine Loi:* (Salus Populi Suprema lex esto. L. XII. Tab.) *c'est aussi la maxime generale, que les Princes doivent avoir toujours devant les yeux, puisqu' on ne leur a conferè l' Autoritè souveraine, qu' afin, qu' ils s'en servent pour procurer, & maintenir le Bien Public, qui est le but naturel des Societez civiles. Ainsi ils ne doivent rien regarder comme avantageux a eux-memes, s' il ne l'est a l' Etat . . . .*

Il faut etablir des loix justes, equitables, claires, sans ambiguitè, & sans contradiction, utiles, & accomodèes a l' Etat, & au genie des Peuples, a qui on les prescrit. Pufendorf. le Droit de la Nature & des Gens traduit par Barbeyrac Liv. 7. Ch. IX. §. 3. & 5.

Horret profecto animus quum plurium Populorum immanissimas Leges, quum execranda quorumdam Philosophorum praecepta, quum barbaros multarum gentium mores recogitat, quibus infausta omnium calamitatum semina continentur, & humanae Societatis fundamenta penitus evertuntur. Priscis temporibus Scythae ubi Rex moriebatur, eius uxorem, primariosque ministros interficiebant, omnesque simul cum regio cadavere sepeliebant. (1) Si virgo Soli consecrata in Peruviano Regno violaretur Lex vivam sepeliri, corruptorem laqueo suspendi imperabat, & urbem, in qua is natus esset, universis Civibus interfectis, funditus everti, omnesque eius agros post publicas execrationes penitus devastari. (2) In Insula, quae Formosa appellatur, mulieres matris nomen ante trigesimum annum suis moribus ignominiosum abortu conantur effugere. (3) Multis in locis Filii senio confectos Parentes interimunt. (4) Alibi Filiis Parentes, (5) alibi Parentibus Filii vescuntur: Alibi omnes Mulieres post trigesimum aetatis annum interficiuntur: Alibi infantes vivi tumulantur: (6) Alibi desperato morbo aegrotantes in fossa consultò excavata reponuntur, ibique ventis, procellis aliisque aeris iniuriis expositi crudeliter deseruntur. (7) O immanitas! O crudelitas! O barbaries! Quid immitius, quid effaeratius, quid ab omni humanitate magis alienum Tigres, aut Vrsi, aut immanissimae quaeque belluae efficere unquam, aut aggredi potuerunt? (8)

Sed

(1) Herod. lib. 4.

(2) Hist. des Yncas Liv. 4. ch. 3.

(3) Le Vayer lettr. 105.

(4) *Plusieurs Peuples faisojent mourir les vieillards. Strabon dit, que les Caspiens les tuoient a soixante-dix ans. Les Sogdiens, Bactriens, & Messagetes, en usoient a peu pres de même, au rapport d' Herodote: & les Insulaires de Ceo ôtoient la vie aux sexagenaires, sous pretexte de la necessitè des vivres. La meme coutume s' observoit chez les Troglodytes, au rapport de Diodore, & d' Aghatharchyde. La relation de Louis Bartheme porte, qu' en l' Isle de Java, il vit tuer touts ceux, que l' age, ou les incommodites, mettoient hors d' etat de travailler, & que leurs corps etoient exposès en vente, comme ici la viande de boucherie.*

Les Algonquins, & quelques autres, Nations de l' Amerique font aussi mourir leurs vieillards: & il y a un peuple, chez le quel on ne laisse pas passer trente ans aux femmes. Traitè de l' opinion Liv. VI. Chapitre cinquieme n. 9.

(5) In Congo matres suos comedunt filios. *Atlas historique Tom. 6. Dissert. sur le Congo* Caribes filios castrant, ut iis probe saginatis vescantur. *P. Mart. Dec.* 1. Indi suos olim comedebant Parentes. *Histoir. de la Philosophie Payenne Ch.* 26.

(6) Lambert. ap. Thevenot. pag. 38.

(7) Gruber ap. Thevenot. part. 4.

(8) Innumerabiles aliae diversarum Gentium consuetudines honestati, rectaeque rationi adversantes ab Historicis afferuntur, ex quibus nonnullas leviter attingemus.

Les

Sed haec apud barbaras, incultasque Nationes. Quid vero de iis Gentibus dicemus, quae se caeteris Populis animi cultura, & humanitate antecellere gloriabantur? Quid de illis Philosophis, qui se virtutis, ac Reipublicae bene gerendae magistros profitebantur? In his vero optime compertum est, non satis esse, ut initio indicavi, in literarum studiis homines exerceri, nisi etiam optimum ex omni parte studiorum genus sequantur, quum videamus viros liberalibus disciplinis egregie perpolitos, peccasse plurimum, & in ea ipsa, quam prae caeteris excolebant, facultate, turpiter offendisse. Graeci, qui caeteras omnes Nationes superbe satis, atque arroganter, barbaras appellabant, nonne barbarum infantium exponendorum morem diutissime retinuerunt? Romani, Graecorum arrogantiae superbissimi imitatores nonne inhumanis gladiatorum spectaculis delectabantur? Nonne Romanae leges servum Do-

Les Samojedes prostituent leurs Filles, & leurs Femmes aux voyageurs par bonnetetè.

Les Perses epousojent leurs Filles. Les Peres de l' Isle de Cesvaco se marioient avec leurs Filles, de même, que ceux de Perou. Le Roi de Siam, qui regnoit du tems de M. de Loubere, passoit pour avoir epousè la Fille, qu' il avoit eu de sa soeur.

Ce ne sont pas seulement les Payens, qui ajent autorisè l' inceste, une Secte de Mahometans, appellè Baktakins, croit, qu' on peut avoir commerce avec ses Filles, parceque rien n' est plus raisonnable, que celui, qui a plansè l' arbre, en mange le fruit. Histoir. de la Philosoph. Payenn. Ch. 29. n. 6.

Ibi (scilic. prope Belbes in Egypto) vidimus Sanctum unum Saracenicum inter arenarum cumulos, ita, ut ex utero matris prodiit, nudum sedentem. Mos est, ut didicimus, Mahometistis, ut eos, qui amentes, & sine ratione sunt, pro sanctis colant, & venerentur. Insuper et eos, qui, quum diu vitam egerint inquinatissimam, voluntariam demum paenitentiam, & paupertatem, sanctitate venerandos deputant. Ejusmodi vero genus hominum libertatem quamdam effraenem habent, domos, quas volunt, intrandi, edendi, bibendi, & quod majus est, concumbendi; ex quo concubitu, si proles secuta fuerit, sancta similiter habetur. His ergo hominibus, dum vivunt, magnos exhibent honores: mortuis vero vel templa, vel monumenta extruunt amplissima, eosque contingere, ac sepelire maximae fortunae ducunt loco. Insuper Sanctum illum, quem eo loci vidimus, publicitus apprime commendari, eum esse hominem Sanctum, divinum, ac integritate praecipuum, eo quod nec faeminarum unquam esset, nec puerorum, sed tantummodo asellarum concubitor, atque mularum. Peregr. Baumgarten lib. 2. cap. 1. ap. Locke. Essai sur l' Entendement humain Liv. 1. ch. 2. §. 9.

Quid autem de Christianis dicemus? apud quos olim in Scotia, Germania, aliisque Europae Regionibus, Dominis cum Vassallorum Sponsis concumbere, earumque virginitatem praelibare ius fuit, quod in Belgii, Frisiae, ac Germaniae aliquot tractibus hodie pecunia redimi scribit Papebrochius ad vitam S. Foranni VValciodorensis. Vid. Glossar. du-Cange, verbo *Marcheta*.

Domini interfectorem cum libertis, ac servis (1) in eadem domo viventibus morte damnabant? Lycurgus postquam remotissimas regiones peragravit, ut optimis cuiusque gentis Legibus suam Rempublicam informaret, nonne Lacedaemoniis praecepit, ut infantes occiderent, qui ob corporis gracilitatem armis gerendis idonei non viderentur? (2) Quid Plato, quem ingenii, ac doctrinae Principem, quem Divinum, quem animi, ac virtutis magistrum Veteres appellarunt, nonne communes civibus uxores habere praecepit, & infantes, qui post praefinitum civium numerum nascerentur, vel exponendos esse, vel iugulandos? (3) Quid Aristoteles, qui Sacerdos, qui Propheta, (4) qui Christi Praecursor (5) a quibusdam Christianis ridicule satis est nominatus, nonne tolli pueros vetuit, qui omnes corporis partes aptas, & integras non haberent? (6) Nonne ad nimiam Civium multiplicationem impediendam abortus faeminis faciendos esse decrevit? Quid Stoici, qui omnia peccata aequalia esse dicebant? (7) Quid Cyrenaici, qui Sapienti latrocinari, qui adulterari, qui sacrilegia committere permittebant? (8) Quid multi ex Christianis Auctoribus, qui legitimas voluntariae mortis causas existere, (9) qui Principem graviori aliquo scelere obstrictum Regno excidisse,

ac

(1) Tacit. annal. lib. 13.

(2) De Rep. lib. 5. Deleg. lib. 2.

(3) Ut testatur Cornelius a Lapide, qui hæc habet praefat. in Ecclesiastic., quae inscribitur „ *Encomium sapientiae ex parallelis ethices naturalis, & divinae* „ *Porrò*, inquit, *Aristoteles in logica, physica, metaphysica caeteros fere omnes Philosophos, in ethica seipsum superavit.. In ethicis ad Eudemum de Providentia ita explicat omnia, ut nulla causa sit, cur quisquam post Aristotelem in hac re, si naturale dumtaxat rationis lumen spectes, Clementes, aut Arnobios desideret Magistros.... Ac ut una comprehensione definiam omnia, Aristoteles in physicis est homo, in ethicis vero suis affectis videtur Deus. Quae causa est, cur quidam exquisiti ingenii Italus admiratus illas praeceptiones de ethicis, politicis, oeconomicis, quas scripsit Aristoteles puras, integras, & nulla externi erroris infectas labecula, semper in omni sermone dubitarit, in illis scribendis plus ne haberet Jurisconsulti, an Sacerdotis, plus Sacerdotis an Prophetae, plus Prophetae an Dei. Ita ille, sed nimis ample, & auguste.*

(4) *Maginus in Eponymologio critico haec habet. Tubingae quondam Monachus pro concione Aristotelis librum ethicorum explicavit, ita vulgo dicebat:* Quemadmodum Ioannes Baptista Christi Praecursor fuit in Theologicalibus, ita Aristoteles fuit Praecursor Christi in Physicalibus.

(5) Polit. lib. 7.

(6) Polit. lib. 2.

(7) Cic. de fin. lib. 4.

(8) Laert. lib. 2.

(9) Defence du meurtre de foe-me me.

ac populorum atbitrio corrigi posse contendunt, (1) Qui ante inita pacta, Legesque conditas omnia Homini in Hominem licere, nihil esse natura turpe, vel inhonestum, & iniusti, iustique regulas a Legibus unice repetendas esse arbitrantur, (2) quid denique aliorum execrandae, immanesque opiniones, publicae ttanquillitatis perturbatrices, & horrenda omnium scelerum, ac flagitiorum incitamenta?

Haec opinionum, Legum, ac motum tam absurda, tam absona, tam naturae inimica portenta, etsi fortasse nonnihil ab Historicis exaggetata, nunquam profectò hominum animis insedissent, si praeclarissimis morum regulis instituti animadvertissent, summam esse Legem, Legum omnium procreatricem, & quasi parentem, non hominum ingeniis excogitatam, sed a Divina mente profectam antequam scripta Lex ulla, vel omnino Civitas constituta, quae universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia, quaeque ostenderet, summos Populorum Rectores, non temerario eorum arbitrio, sed supremi rerum omnium Domini potestati subiectos, homine sque ad aliorum incolumitatem, ac salutem, non ad perniciem, & interitum esse progenitos, nec posse munus a Deo in Civitate assignatum suo arbitratu desugere, nec minus animi consilio, quam corporis integritate, vel fortitudine adiuvari Rempublicam, nec Civitates hominum excidio, sed multitudine florescere, ac roborari (3)

Sed profectò moralis disciplinae praecepta ex veteribus, ac recentibus historiae monumentis summopere illustrantur, maximumque robur accipiunt. Heic enim tamquam in speculo clare, aperteque videmus quantam privatis, publicisque rebus perniciem hominum improbitas afferat, quot, quantaque bona integritas, & innocentia, perpetuam vitiorum comitem esse miseriam, felicitatem virtutis. Heinc humanarum Societatum origines, heinc vatia pactorum genera, heinc Popu-

(1) Ita sensit VVicleffus. *La session huitieme (du Concile de Constance) se tint au jour marquè ... Comme on s' etoit principalement assemblè pour proceder a la condamnation des erreurs de VViclef, celles, que l' on condamna alors etoient contenues en quarante-cinq articles.. L' Archeveque de Genes en fit la lecture dans le Concile, telles, que nous les rapporterons ici.* Art. 1. La substance du pain materielle&c.. Art. 15. Pendant tout le tems, qu'un Seigneur seculier, un Prelat, ou un Eveque est en pechè mortel, il n'est ni Seigneur, ni Evêque, ni Prelat... Art. 17. Le Peuple peut a songrè corriger ses maitres, lorsqu' ils tombent dans quelque faute. *Fleury Hist. eccles. Tom. 21. ad ann.* 1415.

(2) Hobbes de Cive cap. 1. Leviath. cap. 13. & cap. 31.

(3) *In multitudine Populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis. Proverb.* 14. 28.

pulorum, ac Principum iura, heinc veras bellorum causas, heinc multarum Nationum mores, leges, consuetudines, opiniones, heinc varia artificia cognoscimus, & optima quaeque ad commoda nostra traducimus; heinc denique quid quaeque tellus producat, quibus egeat, quibus abundet, ut aliena invehere, nostra exportare opportuna permutatione possimus.

Quid autem utilius Principibus ad bene Rempublicam administrandam, quam compendiaria quadam, facilique via ex aliorum Regnorum eventibus difficillimam regnandi artem addiscere, quod assequi sine magnis incommodis, & sine laboriosa, ac diuturna experientia non possent. (1) Etenim in historiae narrationibus vident, quid Clementia Principum valeat, quid mansuetudo, quid fidelitas, quid temperantia, quid contra crudelitas, (2) quid perfidia, quid superbia, quid alieno-

(1) *Quand l' Histoire seroit inutile aux autres hommes, il faudroit la fair lire aux Princes. Il u' y a pas de meilleur moyeu de leur decouvrir ce que peuvent les passions, & les interets, le tems, & les conioustures, les bous, & les mauvais conseils. Les Histoires ne sont composées que des actions, qui les occupent, & tout semble y etre fait pour leur usage. Si l' experience leur est necessaire pour acquerir cette prudence, qui fait bien regner, il u' est rien de plus utile a leur instruction, que de ioindre aux Exemples des siecles passez, les experiences qu' ils fout tous iours. Aut lieu qu' ordinairement ils u' aprenneut qu' aux depeus de leurs Suiets & de leur propre gloire, a iuger des afaires dangereuses qui leur arrivent: par le secours de l' Histoire, ils forment leur iugement sans rien hasarder, sur les evenemens passez. Lorsqu' ils voyent iusqu' aux vices les plus cachez des Princes, exposez aux yeux de tous les hommes, malgrè les fausses louanges qu' on leur doune pendant leur vie, ils ont honte dela vaine ioye, que leur cause la flaterie, & ils connoissent que la vraye gloire ne peut s' acorder qu' avec le merite.* Bossuet Discours sur l' Histoire universelle.

(2) Quantopere Principum, eorumque Ministrorum crudelitate, ac perfidia Populi irritentur haec historia demonstrat: *Ie ne mis, que trois heures pour arriver de Kous a Negade petite ville a l' occideut, ou' il y a peu de Turcs, & beaucoup de Chretiens, que le commerce des toiles bleues, & rayees met assez a leur aise. On m' assura, que la Mine, ou l' on trouve des belles emeraudes, u' est, qu' a une journee, & demie de Negade de l' autre côtè du Nil; mais, que le pais est fort desert, & que le peu d' Arabes, qui l' habitent, ne font aucun quartier aux Turcs depuis l' avauture, que je vais raconter. Il y a environ deux, ou trois ans, qu' un Aga de la Porte, etant venu a Negade, pour punir ces Arabes de quelques courses, qu' ils avoient faites dans le voisinage, il fut assez hereux pour les rencontrer dans un lieu, ou il les defit entierement, & prit leur Chek prisonnier avec ceux, qui s' etojent sauvez du carnage. Cet Officier pour obtenir la vie, & la libertè, dit a l' Aga, qu' il le conduiroit dans un lieu, ou il trouveroit dequoi payer sa rançon, & celle de ses compagnous, pourvù, qu' il voulut lui donner sa parole, qu' on ne lui feroit aucun mal. L' Aga lui ajant promis tout ce qu' il voulut, s' il exe-*

rum inſatiabilis appetitio, quid bonae, quid malae leges efficiant, quibus artibus publica tranquillitas conſervetur, quibus modis ſeditiones vel arceantur, vel excitentur, vel extinguantur, quibus cauſis Imperia ſint conſtituta, quibus conventionibus roborata, quibus rationibus gloria, opibuſque floreſcant, quibus dilabantur, quibus intereant: Quam felices, quam glorioſi ii Principes fuerint, qui prius cupiditatibus didicerunt, quam Populis imperare. (1)

Qui

executoit ſa promeſſe, ils allerent enſemble pres d' un Puits, ou quelques Arabes etant deſcendus, en raporterent pluſieurs pierres d' emeraudes, dont il y en avoit une plus groſſe que le poing, & d' une ſi grande beautè, que le grand Seigneur en a fait une tarpouche, c' eſt a dire une eſpece de maſſe d' Armes, a la tete de la quelle eſt cette belle emeraude. Cependant le perfide Aga ſans ſonger a tenir la parole, qu' il avoit donnè, ramena les Arabes, avec leur Chek, a Negade où il les fit tous empaller; ce qui a ſi fort irritè cette Nation qu' elle exerce maintenant toutes ſortes des cruautez ſur ceux, qui tombent en leur puiſſance; & pour oter aux Turcs l' utilitè, qu' ils pourroient retirer de cette Mine, ils ont bouchè preſque tous les Puits, où l' on trouvoit des pierres ſi precieuſes. C' eſt ainſi, que la perfidie de l' Aga a privè le grand Seigneur ſon Maitre de l' utilitè, qu' il pouvoit retirer de cette decouverte. Paul Lucas Voyage d' Egypte Tome troiſieme, ſuite du livre cinquieme. Et dans le liv. 6. Reflexions generales ſur l'Egypte,, *Les belles emeraudes ſe trouvoient autrefois dans la Haute Egypte; mais la mine ou etoit cette belle Roche, eſt perdue depuis quelques annèes. Elle etoit entre les mains d' un de ces Princes Arabes, dont je viens de parler. Ce Chek, quoique tres fidelle au grand Seigneur s' etant enrichi en peu de tems, il n' en fallut pas davantage pour le rendre ſuſpect a la Porte; le Pacha entreprit de le perdre, & ajant marchè contre lui avec quelques troupes, l' Arabe prit une reſolution, qui à peu d' exemples. Comme il n' y avoit, que cinq, ou ſix Perſonnes, qui euſſent connoiſſance du lieu, ou etoit l' ouverture de la mine, il les fit etrangler en ſa preſence, & s' etant avancè enſuite vers ſon ennemi, il combattit avec une valeur extraordinaire, & mourut percè de coups, trop content, a ce qu' il diſoit, d' avoir trouvè le mojen de punir l' Inſatiable avarice des Turcs, qui ne lui avoient declarè la guerre, que pour ſe rendre maitres d' une mine, qui alloit par là devenir inutile a tout le monde.*

(1) D. Auguſtinus de Civit. Dei lib. 5. c. 24. Regis Chriſtiani felicitatem ſolide, atque eleganter his verbis deſcribit. *Neque enim nos Chriſtianos quoſdam Imperatores ideo felices dicimus, quia vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hoſtes Reipublicae domuerunt, vel inimicos cives adverſus ſe inſurgentes & cavere, & opprimere potuerunt. Haec, & alia vitae huius aerumnoſae vel munera, vel ſolatia quidam etiam cultores Daemonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum Dei, quo pertinent iſti. Et hoc ipſius miſericordia factum eſt, ne ab illo iſta, qui in eum crederent, velut ſumma bona deſiderarent. Sed felices eos dicimus, ſi iuſte imperant: Si inter linguas ſublimiter honorantium, & obſequia nimis humiliter ſalutantium, non extolluntur, ſed ſe homines eſſe meminerunt. Si ſuam poteſtatem ad Dei cultum maxime dilatandum Maieſtati eius famulam faciunt: Si Deum timent, diligunt, colunt: Si plus amant*

illud

Qui sua potentia non ad hominum perniciem, atque oppressionem, sed ad oppressorum patrocinium defensionemque usi sunt; Qui non aliam regnandi rationem habuerunt, quam ut Populos beatos efficerent, suamque felicitatem in eorum felicitate locarent;(1) Qui se veritatis amicos, mendacii, & adulationis acerrimos hostes constantissime praebuerunt; Qui denique patrium Regnum iuste, ac fideliter administrare maluerunt, quam ad aliena Imperia per damna, per caedes, per incendia, per vastationes sibi aditum patefacere.

Nihil autem ad summi Imperii iura stabilienda, nihil ad tumultus arcendos accomodatius, quam Populos de Civitatum, ac Regnorum origine, de publicis conventionibus, de aliarum Gentium eventibus, ac institutis doceri. Quum enim necessarias temporum inclinationes, assiduasque Rerumpublicarum vicissitudines vident: quum plures Leges, quae initio durae, vel inutiles videbantur, progressu temporis utilissimas esse repertas: quum eam esse humanarum rerum naturam, ut non sine aliquo incommodo magnas consequamur utilitates; & singulorum incommoda abunde publicis commodis compensari, publicasque utilitates ad singulos naturali circuitu redire: quum denique quod sui Principes faciunt ab aliis etiam Principibus sapientia, & probitate conspicuis factitatum, nullo reclamante deprehendunt, aequo animo eas mutationes patiuntur, quas praesentium temporum status requirit, nec novas Leges, novasque Regni administrandi rationes despiciunt, sed sine ulla animi aegritudine, sine ulla obmurmuratione tempori servien-

 dum

illad regnum, ubi non timent habere consortes: Si tardius vindicant, facile ignoscunt: Si eamdem vindictam pro necessitate regendae, tuendaeque Reipublicae, non pro saturandis inimicitiarum odiis exercent: Si eamdem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent: Si, quod aspere coguntur plerumque decernere, misericordiae lenitate, & beneficiorum largitate compensant. Si luxuria tanto eis est castigatior, quanto posset esse liberior: Si malunt cupiditatibus pravis, quam quibuslibet gentibus imperare; & si omnia haec faciunt non propter ardorem inanis gloriae, sed propter charitatem felicitatis aeternae: Si pro suis peccatis, humilitatis, & miserationis, & orationis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt. Tales Christianos Imperatores dicimus esse felices, interim spe, postea reipsa futuros, quum id, quod expectamus, advenerit.

(1) *Omnino qui Reipublicae praefuturi sunt, duo Platonis praecepta teneant: Unum ut utilitatem civium sic tueantur, ut quidquid agunt ad eam referant, obliti commodorum suorum: Alterum ut totum corpus Reipublicae curent, ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Ut enim tutela, sic procuratio Reipublicae ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est.* Cic. de offic. lib. 1.

dum (1) esse decernunt. Quod si quando superbo, crudelique imperio se premi arbitrentur, nunquam iugo collum subducere, nunquam Summae Potestati resistere cogitabunt, ubi ex alienis exemplis agnoverint, fere omnes Gentes, quae stultitia, ac furore obcaecatae arma in suos Principes sumere non dubitarunt, in apertam incurrisse perniciem, & in calamitatem ea longe maiorem, quam effugere conabantur.

Neque vero sola humanarum rerum historia, sed naturalium etiam cognitione ad mores conformandos, virtutemque colendam mirifice adiuvamur. (2) Quum enim infinitam Dei virtutem ex admirabili mundi machina agnoscimus, ad potentissimi Domini timorem salubriter erudimur: quum rerum ordinem summa Sapientia constitutum videmus, ad eiusdem Leges, ut sapientissimae Mentis opus, religiose servandas inducimur: quum Deum ubique agentem, ubique praesentem, omnia moderantem, omnia regentem, omnia observantem deprehendimus, incorruptum, atque acerrimum malefactorum testem, ac Iudicem reformidamus: quum opera tam mirabilia ad nostram utilitatem molitum esse intuemur, ad eius Bonitatem diligendam, eiusque praecepta libentissime servanda inflammamur: quum denique fines, quos sibi in rerum omnium creatione proposuit, investigamus, quomodo illis uti debeamus, addiscimus. Quis autem nescit, ut alia multa praeteream, ex humani corporis consideratione cognosci quantum eius temperatio, & natura, quantum exercitationum, & victus ratio, quantum variae externorum corporum (3) impressiones vel

(1) L. Tempori Deos ipsos servire, adagium est apud Graecos percelebre.

(2) *Physicae quoque non sine causa tributus idem est honos; propterea quod, qui convenienter naturae victurus sit, ei & proficiscendum est ab omni mundo, & ab eius procuratione. Nec vero potest quisquam de bonis & malis vere iudicare, nisi omni cognita ratione naturae, & vitae, etiam Deorum, & utrum conveniat, necne natura hominis cum universa: quaeque sunt vera praecepta sapientium, qui iubent tempori parere, & sequi Deum, & se noscere, & nihil nimis; Haec sine physicis quam vim habeant (& habent maximam) videre nemo potest. Atque etiam ad justitiam colendam, & ad tuendas amicitias, & reliquas caritates quid natura valeat haec una cognitio potest tradere. Nec vera pietas adversus Deos, nec quanta his gratia debeatur, sine explicatione naturae intelligi potest.* Cic. de Fin. lib. 3.

Sed etiam modestiam quamdam cognitio rerum coelestium affert iis, qui videant quanta sit etiam apud Deos moderatio, quantus ordo, & magnitudinem animi Deorum opera, & facta cernentibus: Iustitiam etiam, cum cognitum habeas quod sit summi Rectoris, & Domini Numen, quod consilium, quae voluntas. Idem de Fin. lib. 4.

(3) *Nelle quali* (le verità, che resultano dalla contemplazione de' corpi) *non è minor, che nell' altre il nostro interesse, poichè il corpo nostro alle me-* de-

vel ad compefcendos, vel ad incitandos animi motus valeant, quantum ad pravas cupiditates vel fovendas, vel refraenandas?

Quod fi alia phyficarum rerum commoda, quae in humanam Societatem redundant, fingillatim percurrere vellem, difficilius effet orationis exitum, quam principium invenire. Vt enim nihil de animalibus dicam, nihil de plantis, nihil de corporibus, quae ex intimis terrae vifceribus effodiuntur, quaeque chemice pertractata ad morbos curandos, aliofque innumerabiles ufus feliciter adhibemus; nihil de agricultura, cuius nulla pars eft, quae phyficis cognitionibus fummopere adiuvari non poffit: nihil de ingeniofis, ac fingularibus artificiis, quibus hiberna frigora, aeftivofque calores vel omnino depellimus, vel non mediocriter temperamus: nihil de mirabilibus inventis, quibus ignem vel fubitò accendimus; vel extinguimus, vel roboramus, ac valentiorem efficimus. Quis dicendo complecti poffit ea commoda, quae nobis ex metallis obveniunt, fine quibus agricultura humani generis altrix, atque omnes fere artes omnino iacerent, ut duobus ante faeculis in America iacuiffe cognovimus? Quis bona ex admirabili magnetis virtute profecta, quae diligentiffime a Phyficis multiplici obfervatione explorata remotiffimi orbis vias aperuit, nofque ignotarum gentium thefauris, aliifque innumerabilibus mercibus locupletavit? Quis bona, quae ex äeris, ex aquae, ex ignis, terraeque natura probe perfpecta, ex motuum denique legibus geometrica trutina accuratiffime examinatis proficifcuntur? Si paluftres aquas eiicimus, fi falubriores adducimus, fi ex infimis locis attollimus, fi ex remotiffimis derivamus, fi femina telluris gremio commiffa fummopere multiplicare, fi fructus perceptos in longiffimum tempus fervare didicimus, (1) fi plurima ex corporibus proximis propter incredibilem parvitatem, fi plurima ex maximis propter immenfam diftantiam oculorum obtutum fugientia, vitris opticis adiuvantibus clare, diftincteque confpicimus: fi maxima pondera minimo momento movemus: fi ruentium corporum impetum vel fiftimus, vel retardamus, haec omnia Phyficorum fedulitati debemus: quam

defime Leggi univerfali della materia, e del moto è foggetto, e la noftra vita in gran parte depende dalla coftituzione delle cofe, che ci circondano; e ciò, che forfe è più confiderabile, fe fi vogliono ricercare le cagioni delle turbolenze dell' animo noftro, e degli eventi infelici, non altre bene fpeffo fi troveranno effere, che l' ignoranza della natura, o l' errore.. Cocchi Elogio di Pietro Antonio Micheli. In Firenze 1737.

(1) Vid. Des Landes de la maniere de conferver les Grains, & Traitè fur la vegetation des Plantes.

Si Darius liquidorum corporum naturam intellexiſſet, nunquam profectò timuiſſet, ne mare rubrum Aegyptum inundaret, nec inani hoc timore deterritus foſſam, quam ab eodem mari ad Nilum ducere volebat, imperfectam deſeruiſſet: Nec eam poſtea Ptolemaeus feliciter abſolviſſet, niſi optimis ſtudiis, quibus ipſe impenſe favebat, ab inſano timore ſe liberaſſet: (1) Nec Archimedes ſine ſumma rerum phyſicarum cognitione Syracuſas incredibilibus machinis contra Romanum exercitum defendiſſet: (2) Nec Sarmatae mare Caſpium, Euxinum, ac Balticum noſtra aetate coniuncta vidiſſent, ſi Princeps illis naturae diligentiſſimus inveſtigator, ac vere magnus, vere laudandus, vere glorioſus non contigiſſet. (3)

Iam vero tam multa vel ad tuendam, vel ad recuperandam valetudinem adiumenta ex phyſicis medicina mutuatur, (4) ut Leonardum Capuanum, virum caeteroquin doctum, quum eam ſpiſſo volumine convellere voluit, ingenio ſuo turpiter abuſum eſſe omnes eruditi conſentiant. Quid enim utilius, quid tutius ad ſalutem ſuſtentandam, (5) quam quae a Medicis traduntur victus, atque exercitationis praecepta? Vt cibi, ac potionis modus cuiuſque corporis temperationi, laboribuſque reſpondeat: Vt ſtomachi cruditas diuturna abſtinentia, vel purgationibus corrigatur: Vt ab iis temperemus, quae nobis obeſſe longa obſervatione deprehendimus: Vt vinum noxiam omnibus fere hominibus potionem, aquam (6) ſaluberrimam habeamus; ut quaecumque corporis perſpirationem vel

(1) Herod. lib. 2. Strab. lib. 17. Diod. lib. 1. Plin. lib. 16.

(2) Liv. Lib. 24. Plutar. in Marcell.

(3) Fontenell. Elog. du grand Pierre. Ridicule proinde, ut multa, Montagne lib. 3. cap. XI. *La cognoiſſance des cauſes touche ſeulement celuy, qui a la conduite des choſes: Non a nous, qui n'en avons que la ſouffrance, & qui en avons l'uſage parfaitement plein, & accompli ſelon notre beſoing, ſans en penetrer l'origine, & l'eſſence. Ny le vin n'en eſt plus plaiſant a celui, qui en ſçait les facultez premieres. Au contraire & le corps, & l'ame interrompent, & alterent le droit, qu'ils ont de l'uſage du Monde, & d'eux-memes y meſlant l'opinion de ſcience. Les effects nous touchent, mais les moyens nullement. Le determiner, & les diſtribuer appartient a la Maiſtriſe, & a la Regence. Comme a la ſubiection, & apprentiſſage, l'accepter.*

(4) Sanctus Rex Ezechias humano generi magnum intulit damnum, ſi modo vera refert Suidas in verbo Εζεκιας, eum videlicet Salomonis librum morborum omnium remedia continentem deleviſſe, quod Populus Divini Numinis invocatione neglecta, corporum ſanationem inde unice peteret.

(5) *Valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſervatione earum rerum, quae res aut prodeſſe ſolent, aut obeſſe, & continentia in victu, omnique cultu, corporis tuendi cauſa, & praetermittendis voluptatibus*. Cic. de offic.

(6) Vid. Hoffman. Diſſert. de aqua medicam. univerſ.

vel minuunt, vel impediunt, summa diligentia evitemus: (1) Vt a violentis animi motibus quoad possumus accuratissime caveamus: Vt corpus otio, ac desidia languescere non sinamus (2), sed ambulatione, vel equitatione continenter exerceamus: Vt alternas laboris, & quietis, vigiliae, somnique vices sine ulla intermissione servemus.

Sed & diaeta multas aegrotationes vel penitus tolli, vel impediri, (3) vel mitigari, quotidiana experientia demonstrat, ut hypochondriacum morbum, atque podagram: (4) & sanguinis detractione inflammationes, acerbissimosque dolores, quidquid contra Erasistratus, Elmontius, ac Leonardus Capuanus oblatret

(1) *In sanitate amissa ea unica medelae ratio est, ut restituatur ex integro insensibilis transpiratio, si quando ea prohibita fuerat*. Commentar. I. II. Martini Lister, & Georgii Baglivi in Sanctor. Static. Medic.

Atque ex his intelligitis . . nulla fere re subito magis sanissima, addam & robustissima corpora saevissimis morbis, & subitaneae morti reddi obnoxia, quam si a motu calefacta, & in sudorem resoluta, vento exponantur, maxime si frigido in vento per motus validos incaluerint valde, & dein quiescant. Heinc asthmata tota dein vita, anginae, pleuritides, peripneumoniae, arthritides, rheumatismi. Quid vero dicam de iis, quibus ex debilitate tenelli corpusculi mobilis fabrica laborat? Nonne videmus miseros a minimo vento, a levi aura incredibiliter mutari? Simul ac modo per rimosam fenestram aer admittitur pauli frigidioris temperiei, quam fuerat in cubiculo, in quo degebant, maxime si uni per thermoscopium directae assueverant diu; Qua quidem re non aliam hominum valetudini firmat magis noxiam cognovi. Boerhaave Elem. Chem. Pars altera de Artis Theor. pag. 96. Venet. 1737.

(2) *Hunc oportet (sanum hominem) varium habere vitae genus; modo ruri esse, modo in urbe, saepiusque in agro: navigare, venari, quiescere interdum, sed frequenter se exercere. Siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat, illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit*. Cels. lib. 1. cap. 1. & cap. 2. *Quem interdiu vel domestica, vel civilia officia tenuerunt, huic tempus aliquod servandum curationi corporis sui est. Prima autem eius curatio exercitatio est, quae semper antecedere cibum debet . . . . Commode vero exercent clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio, atque haec non utique plana commodior est; Siquidem melius ascensus quoque, & descensus, cum quadam varietate corpus movent . . . melior autem, est sub dio, quam in porticu, melior, si caput patitur, in Sole, quam in umbra, melior in umbra, quam parietes aut viridaria efficiunt, quaem quae tecto subest; melior recta, quam flexuosa*.

(3) *Observamus saepius post morbos, & febres nimiam famem, quae tamen ut plurimum gravissimos morbos producit . . . . Praestat successive, & paulatim virium refectionem instituere per alimenta, & quoad victus rationem regula haec generalis attendenda est: Proportio semper debet esse inter vires, & victum. Si vires sunt debiles, & imbecilles parva manu cibi, iique tenues dandi sunt, si satis robustae sunt, lenius, & largius comedendum*: Hoffman. in annot. ad cap. 96. Centur. 3. Petri Poterii.

(4) Vid. Sydenham de podagr.

tret: Et Quinquina febres omnes vel folum intermittentes, vel etiam perniciofas fugari: Et lacte immodicam fanguinis falfitudinem corrigi, nimiamque folidorum siccitatem, unde innumerabilia corporis vitia nafcuntur: Et mercurio omnes humorum concretiones diffolvi, eafque potiffimum, quas ille morbus producit, qui ad humani generis perniciem ex America in Europam migravit: (1) Et ferro fibras, ftomachum, ac digeftionem fummopere roborari: Et multiplicem effe, & efficaciffimam aquarum thermalium virtutem, egregie ab Hoffmanno defcriptam: Et equitatione, aliifque corporis exercitationibus omnes ferme chronicos morbos fanari. (2)

Quamobrem, & Magni Reges (3), & fummi Catholicae Religionis Antiftites (4) eximiam hanc, atque utiliffimam artem, humanoque generi maxime neceffariam profiteri non funt dedignati: Et Mahumetus ipfe, tametfi commentitiae Religionis praetextu in novi Imperii fundationem omnes curas, cogitationefque conferret, nonnihil temporis huic difciplinae fe tribuiffe optimis quibufdam de fanitate praeceptis oftendit. (5)

Si

(1) Vid. Aftruc de morbis Vener.

(2) Chirurgiam vero, quam tertiam medicinae partem conftituunt, nil certius, nil evidentius quam innumeris fere morbis remedium afferre. *Medicinae finis, & fcopus primarius, eft morbos corporis humani vel fcite praevenire, vel opportune curare. Hoc ab antiquiffimis iam temporibus medici triplici modo efficere allaborarunt, vel victu, vel medicamentis, vel manibus . . . . . Patet, hanc medicinae partem, quae manu fanat, humano generi fumme effe neceffariam, in primis cum huius potiffimum beneficio multi curentur morbi graviffimi, ut vulnera, fracturae, luxationes, aliique quamplurimi, ubi victus, & medicamenta parum, aut faepe nihil efficere poffunt.* Heifter. Introduct. in Chirurg.

(3) Ut Attalus, & Mithridates, hic Ponti, ille Pergami Rex. Gell. lib. 17. c. 17. Appian. de bell. Mithrid. Plutar. de Amici, & Affentatoris difcrimine.

(4) S. Eufebius Pontifex maximus, medici filius medicinam exercuiffe traditur. Ioan. XXII. plures de medicina libros confcripfit. Vid. Daniel. Vink. amoenit. §. 3. c. 4. ex quibus illum, qui *Pauperum thefaurus* infcribitur. Paulus II. cum Pontifex maximus effet aegrotos invifebat, illifque fua medicamenta tribuebat. Platin. in Paul. II. Nicolaum V. inter medicos recenfet Tiraquell. de nobilit. c. 31., qui quatuor alios Pontifices maximos, plures Romanorum Imperatores, plurefque Reges medicinam profeffos commemorat.

(5) *A vant que de finir cette Hiftoire nous efperons, que les avans, & four tous les Medecins ne nous fauront pas mauvais grè fi nous leurs faifons voir, que Mohammed excelloit dans la medicine, qui eft de toutes les fciences la plus neceffaire au genre humain, & qui renferme prefque toutes les autres, par la vafte etendue des connoiffances, qu' elle demande dans ceux, qui en font profeffion, tanten la Theorie,*

Si autem a terrenis corporibus ad coeleftia cogitatione velimus afcendere, quorum contemplatio inutile curiofarum

C men-

ne, qu' en la pratique .... Du tems de Mohammed il y avoit deux fortes de medicine. La premiere qu' on appelle methodique fondè fur le raifonnement, etoit univerfellement pratiquèe dans la plus grande partie du Monde; La feconde, qu' on appelle la medicine empirique fondèe fur l' experience etoit exercèe par les Arabes, & par les Indiens. Et ce fut auffi la methode, quae fuivit Mohammed felon l' ufage de fon pays, qui etoit l' Arabie ...... Le grand aphorifme de Mohammed ... eft celui-ci. Il n' y a aucun mal en ce monde pour la guerifon du quel Dieu n' ait creè un remede ..... *cependant cet Axiome n' etoit pas fi general, qu' il n' y joignit ordinairement une reftriction en cette maniere* ,, Il n' y a point de mal, qui n' ait fon remede; exceptè le plus grand de tous les maux, qui eft la mort, ou exceptè l' extreme vieilleffe, qui eft l' effect du Deftin, ou du Decret de Dieu.

Il difoit que le Corps de l' Homme, qui eft un composè des quatre elemens confifte en trois cens foixante jointures, ou membres, & auffi en trois cens foixante os, & trente fix offelets. Et comme tous fes difcours tendoient a enfeigner les devoirs de la Religion, il en prit occafion de dire, que l' Homme etoit obligè de faire chaque jour l' aumone pour chaque os de fon corps. Sur quoi quelqu' un lui dit: O Apotre de Dieu fi cet homme n' a pas le moyen? Qu' il aille a la guerre fainte pour caufe de Religion, *repondit Mohammed.* Mais, *lui dit on s' il ne peut pas?* Au moins, *repliqua t il,* qu' il preche aux hommes de s' abftenir du mal ...

Le lait etoit l' aliment le plus favori du Mohammed, & il s' en exprimoit en des termes energiques, pleines d' affection, & de complaifance: Quand Dieu, *difoit il,* fait la grace a quelqu' un de boire du lait, il doit dire ces paroles en forme de priere ,, O Dieu, beni-nous par ce breuvage delicieux, fai nous croitre en force, & embonpoint par fon moyen ,, car il n' y a rien au monde de plus bienfaifant, tant pour le manger, que pour le boire, que le lait .... Il difoit encore ,, Quand quelqu' un boit du lait il le boit tel, que Dieu lui-meme le decrit dans ces paroles de l' Alcoran ,, *C' eft un lait epurè, qui defcent agreablement dans la gorge de ceux qui le boivent* ,, Alcoran. Sur XVI. v. 66.

Voici comment il prefcrivoit & raifonnoit en habile Medecin fur la nature, les qualitès, & les proprietès du lait,, Servez-vous du lait de vache comme d' un remede, le quel, comme je l' efpere par la grace & la benediction de Dieu, vous procurera la fantè: Car la Vache mange de toutes fortes d' Arbres, de Plantes, & d' herbes, qui forment le lait. Et quoique ce lait paroiffe fimple aux fens, neanmoins il eft en effet composè dans le fonds de fa nature. La compofition naturelle du Lait confifte en trois fubftances. 1. Il y a une fubftance graffe & onctueufe dont fe fait le beurre. 2. Il y a une fubftance coagulèe dont fe forme le fromage. 3. Il y a une fubftance aqueufe qui eft le Petit lait ou Mefgre, (ferum lactis.)

La fubftance graffe, continue le Mohammed, *participe egalement du chaud & de l' humide, & par ce moyen communique au corps de l' homme bien composè plufieurs grands avantages.*

La fubftance coagulèe qui eft froide & humide, contribuè à la nourriture du corps.

La fubftance aqueufe qui eft chaude

mentium pabulum a quibusdam existimatur, (1) hinc quoque humanam Societatem summopere iuvari apertissime comperiemus. Primo enim, nisi anni tempora ex Solis motibus accurate perspectis rectissime distinguantur, nec tempestive terram arare possumus, nec semina eiusdem gremio committere, nec insitiones facere, nec arbores vitesque putare, nec caetera multa, quae ad uberes cuiusque generis fructus percipiendos conducunt. Quod si antiquissimis temporibus homines, ut vetera historiae monumenta testantur, propter frugum inopiam horribili fame saepissime laborabant, id profecto non solum ac-

de & humide purge la nature (lâche le ventre,) & humecte le corps.

Le Lait, lorsque la purgation se fait, est humide & froid plus que mediocrement. On dit que sa plus grande vertu par raport à sa chaleur & à son humidité, c'est quand on le trait: D'autres disent qu'il faut attendre que la force de sa chaleur & de son humidité soit un peu moderée; mais le meilleur est dans le tems qu'on le trait. Sa grande bonté consiste en ce que sa blancheur soit forte & vive, son odeur suave & agreable, & son goût doux & sucré.

Il faut le traire d'une genisse jeune, saine, mediocrement charnuë, dont le paturage, & la boisson soient louables. Un tel lait rend le sang louable & excellent, & humecte un corps desseché, le sustente, & le nourrit bien. Il est d'une grande utilité pour dissiper la melancholie & le chagrin, & pour guerir les maladies noires & atrabilaires.

Si on le boit avec du miel, il deterge & netoye les ulceres intestines des humeurs peccantes & putrides.

Si on le prend avec du Sucre, il eclaircit merveilleusement le teint & le rend frais.

Le Lait nouvellement trait corrige toute la mauvaise constitution du corps; il retablit la poitrine & les poumons, & guerit ceux qui sont en phtisie & consomption.

Le Lait de Vache nourrit & sustente le corps, l'engraisse & le remet en son embonpoint; il purge aussi le ventre moderement. C'est le plus louable de tous les Laits, & il surpasse par ses bonnes qualités le lait de Brebis, & le lait de Chevre, sur-tout par sa delicatesse & son onctuosité.

Il arrive neanmoins quelquefois que le Lait se corromp & s'aigrit, & devient visqueux, & epais; c'est pourquoi, apres l'avoir pris, il faut le delayer en beuvant de l'eau. En effet dans les deux Livres appellés Al-Sahih, *ou Traditions pures, il est remarque que Mahomed, apres avoir bu du lait, avoit accoutumé de se faire apporter de l'eau, qu'il beuvoit pour delayer la viscosité du Lait, en disant „ ce Lait est onctueux „ Cependant le Lait de Brebis est le plus grossier & le plus epais de tous; il est aussi le plus humide, & engendre beaucoup de Phlegme & de pituite, & rend la peau pâle & livide, quand on en fait son ordinaire. C'est pourquoi il le faut mêler avec de l'eau pour chasser du corps sa mauvaise disposition, & ses qualités vicieuses.*

Cet Echantillon suffit à mon avis pour prouver que Mohamed etoit un excellent Medecin. Ceux qui seront curieux d'en apprendre d'avantage pourront consulter le Livre d'où nous avons tiré cet Extrait. Gagner dans la vie de Mahomet Liv. 7. ch. 21.

(1) Ita sentire videtur Malebranche. De la recherche de la verité lib. 4. c. 7.

accidisse eredendum est, quod rectas terrae colendae rationes ignorarent, sed etiam quod annuos Solis accessus, atque recessus rudibus illis aetatibus nondum satis accurate cognoscerent. [1]

Atque hinc etiam non mediocri Reipublicae incommodo maxima dierum perturbatio consequebatur, qui vel civilibus negotiis erant, vel ludis publicis, vel Religioni potissime destinati. Quare, ut dies, noctesque cum Solis, Lunaeque ratione congruerent, utque omnia distincte, atque ordinate procederent, praestantissimi astronomi laborarunt, utque nulla inposterum, vel saltem nonnisi post plurima saecula temporum confusio eveniret, laudabilis Pontificis maximi diligentia prospexit. [2] Praeterea syderum observatio, priusquam magnetis virtus agnosceretur plurimum ad maritimos cursus dirigendos veteres adiuvabat. Nec alia ratione Phaenices in altum provehi, longissimasque prae ceteris Populis navigationes suscipere non dubitarunt, nisi quod Stellam Polo viciniorem spectarent, cum aliae gentes minus in astronomia versatae suos cursus maioris ursae observatione dirigerent, ob eamque causam procul a terrae conspectu recedere non auderent. [3]

Sed & nostris temporibus coelestium corporum scientia multum navigantibus prodest, & ex ea Columbus alias terras ultra gaditanum fretum existere suspicatus intentatum iter instituit, & ex Solis, Lunaeque motibus acus nauticae variatione deprehensa, sine ulla offensione ignotas vias peragravit, & Lunae eclypsi praecognita ab impendentis mortis periculo se feliciter expedivit. Quum enim in Iamaica rei cibariae penuria vehementissime premeretur, nec ullis conditionibus posset a barbaris Populis necessaria alimenta obtinere, se Lunam obscuraturum, qua die defecturam praeviderat, minaciter denunciavit; Cumque id imperitae gentes constituto tempore contigisse viderent, summo terrore perculsae

C 2 quae-

(1) *Ie suis persuadè, que les premiers laboureurs ont beaucoup donnè au hazard, & que c'est a leur ignorance, tant en fait des Saisons, que de maniere de labourer, qu'il faut attribuer les famines, qui etoient si frequentes dans les premiers temps.* Shuckford Histoir-du Mond. Tom. 2. Liv. 6. pag. 56.

(2) Gregorius XIII. ann. 1581.

(3) Vid. Cassin. De l'origine, & du progrès de l'Astronomie, & de son usage dans la Geographie, & dans la navigation. Tom. V. des memoires de l'academie des sciences A la Haye 1731.

quaecumque rogaverat sagacissimo Duci promptissime suppeditarunt. (1)

Nec solum coelestia corpora longarum navigationum fidissimos Duces habemus, sed etiam ad accuratissimas terrae, marisque descriptiones faciendas mirum in modum eorum observationibus adiuvamur. Nam Stellarum, Planetarumque declinationes, ut vocant, ac meridianas altitudines ad terrae marisque latitudines, eclypses ad longitudines reperiendas (2) utiliter adhibemus, unde in longinquas regiones tutissime peregrinamur, & innumerabilia mortis pericula, quibus Veteres iactabantur prospere declinamus. Videtis igitur quantopere intersit, ut Iuvenes in astrorum motibus agnoscendis exerceantur, quorum notitia & Geographia, & Navigatio, & Agricultura, & Reipublicae administratio, & Religio ipsa sine magnis incommodis carere non possunt.

Sed nullae vel minimae profecto essent sine mathematicis disciplinis quaecumque ex corporum contemplatione utilitates oriuntur, nullum sine ratiocinandi, metiendique arte commercium, nulla astronomia, & geographia, nulla navigatio, & architectura: nec navium construendarum, nec belli gerendi, nec urbes muniendi ratio consisteret, nec plurima necessaria opificia, nec alia sexcenta, quae docti homines quantopere ex geometricis, atque arithmeticis pendeant sua sponte deprehendunt; imperiti vero, cum nulla ratione eorum nexum intelligere possint, stultissime irrident, & aspernantur? (3)

Quin eo deploranda quorumdam imperitia in nostra Civitate processit, ut non linguam modo graecam, sed & geome-

(1) Vid. Fernand. Columb. in vit. Columb.

(2) *Pour peu, qu' on entende les principes de la geographie, & de la navigation, on sait, que depuis, que ces quatres lunes de Iupiter sont connues, elles nous ont etè plus utiles par rapport a ces sciences, que la notre elle-même, qu' elles servent, & serviront toujours de plus en plus a faire des cartes marines incomparablement plus justes, que les anciennes, & qui sauveront apparemment la vie a une infinitè de navigateurs.* Fontenelle Preface sur l' utilitè des Mathematiques, & de la Physique.

(3) *On traite uolontiers d' inutile ce, qu' on ne sait point, c' est une espece de vengeance: & comme les mathematiques, & la Physique sont assès generalement inconnues, elles passent assés generalement pour inutiles. La source de leur malheur est manifeste; elles sont épineuses, sauvages, & d' un accès difficile.* Fontenel Preface de l' utilitè des mathematiques, & de la Physique.

metriam ipſam prorſus inutilem pronunciaverint, atque Euclidis Libros, in quorum explicatione Candidati quidam adoleſcentes ingenii periculum facere conſueverant, omnino Ablegaverint, & perinde ac ſi Civitatem maxima calamitate liberaviſſent, ſumma voluptate perfuſi ſuum gaudium, ut Eunuchus Terentianus, erumpere geſtiebant, & cuicumque noto occurriſſent egregium facinus exultantes, ac iactabundi narrabant. Quamobrem qui mihi obiecerunt, quod ſcientiarum utilitatem pertractans, uterer in re non dubia argumentis non neceſſariis, animadvertere debuerunt, nihil eſſe tam verum, quod imperitae Multitudini falſum videri non poſſit, ob eamque cauſam, nunquam ſatis inculcari earum rerum momenta, quae humanae Societati vel neceſſariae, vel utiles agnoſcuntur. (1)

Sed & alia non minor, etſi forte minus a multis animadverſa ex naturae contemplatione exiſtit utilitas, quae, ſi probe cognoſceretur, ad haec ſtudia diligentiſſime proſequenda omnium animos inflammaret. Vbi enim corporum proprietates, atque immutabiles naturae Leges a ſapientiſſimo Mundi Architecto conſtitutas inveſtigamus, neceſſariis multorum effectuum cauſis deprehenſis ad multa incommoda prudenter praecavenda, vel non mediocriter temperanda, ad veteratorum, vafrorumque hominum fraudes, atque (2) fallacias detegen-

(1) *Nous avons une Lune pour nous eclairer pendant nos nuits; que nous importe, dirat' on que Iupiter en ait quatre? Pourquoi tant d' obſervations ſi penibles, tant de calculs ſi fatiguans pour connoitre exactement leur cours? Nous n' en ſerons pas mieux eclairès, & la nature, qui a mis ces petits aſtres hors de la portèe de nos yeux, ne paroit pas les avoir faits pour nous. En vertu di un raiſonnement ſi plauſible on auroit dû negliger de les obſerver avec le Teleſcope, & de les etudier, & il eſt sûr, qu' on y eut beaucoup perdù. . . .*

Telle eſt la dèſtinèe des ſciences manièes par un petit nombre de perſonnes; L' utilitè de leurs progres eſt invìſible a la plupart du Monde, ſour tout ſi elles ſe renferment dans des profeſſions peu eclatantes. : . . Des maçons, & des marinieres ont etè ſoulagès dans leur travail, eux-mêmes ne ſe ſont pas apperçùs de l' habilitè du Geometre, qui les conduiſoit; ils on etè mûs a peu pres comme le corps l' eſt par un ame, qu' il ne connoit point; Le reſte du Monde s' aperçoit encore moins du Genie, qui a preſidè a l' entrepriſe, & le Public ne jovit du ſuccès, qu' elle a eu, qu' avec une eſpece d' ingratitude. Idem ibid.

(2) *Si fide digniſſimi ſcriptores ante decem ſecula poſteris tradidiſſent, hominem ſua tempeſtate publice coram numeroſiſſimis teſtibus dixiſſe, vaſtiſſimam turrim, quam ad diſtantiam viginti ſtadiorum omnes conſpiciebant, ad punctum temporis praefinitum, ſua ſponte in altum ſublatam iri, atque mox corrtuituram in dilapſos lateres, illudque ipſum ita accurate eveniſſe, ut praedixerat; nonne quicumque hoc le-*

tegendas, & ad inevitabiles casus, funestasque naturalium rerum vicissitudines patienter ferendas animum comparamus, & insanis terroribus, (1) barbarisque superstionibus liberamur, un-

legerent, rem ipsam fabulosam haberent prorsus, aut suprahumana potentia, atque ipsam superante vim naturae, clamarent id effectum, adeoque vel Deum ex machina, vel ab inferis numina cogitarent? Si quis tamen omnes inter homines unus pulveris pyrii vim haberet cognitam, illumque ipsum magna satis sub suffossa turre copia locasset, apposito, ut hodie fieri solet, horologio, chalibem ad silicem collidente in praefixo temporis articulo, caeteraque accommodasset ex arte, ille sane tanto praestito miraculo credulitatem, non vulgi modo, sed & prudentum sibi alliceret, flecteretque qua vellet. Cogita homini, qualis erat Mahomethus, vel Haly, talem rem soli perspectam. Postquam vero innotuit arcanum, tota eius mirabilitas evilescit, putantque fieri posse per naturam quod prius maius habuissent omni magico miraculo in historiis recitato. Non equidem quod vel ipso hoc tempore causam tanti effectus vel perspicacissimus assequatur, sed quia falsò putamus ea nos mentis perspicacia intelligere, quae crebro contingere videmus. Praedicere possemus, post horam ex loco in terra designato oriturum motum terrae, diffusuros inde sese aterrimos halitus in aera, tandemque crepitantes exituras flammas. Riderent promissa auditum admissi. Quam vero obstupescerent, dum haud ita diu post haec cuncta, ut predictum fuerat, evenire cernerent. Scobs scilicet recens rasa lima ferri, trita cum purissimo ad aequas partes sulphure, si paucae aquae in pastam admixtu quinquaginta librarum pondere sub terra defoditur ad sesquipedis altitudinem, terraque dense appressa tegitur, totam rem conficiet. Stupenda res! frigido ferro, inerti sulphure, aqua gelida produci aestum, fumum, ignem, flammas, sub terrae incumbentis pondere, absque ullius adminiculo ignis..... Si blandiori oleo lege artis diluta phosphori vis, eousque, ut cutim humanam illita non comburat amplius, tum inuncta hoc oleo facies in tenebris lucebit spectaculo terribili, nec tamen illato in locum lumine quidpiam apparebit; ablato vero, iterum redibit luminoso vultui splendor, qua certe re vix alia visa est mirabilior: Quum vultus, manus, capilli, barba hominis ita perfusi, in caligine positi, nescio quid caelestis, angelici, vel divini, rerum rudi, & hinc in credulitatem prono incuteret, faceretque, ut quodcumque vellet incerto populo persuaderet. Boerhaave elem. chem tom. 1. pag. 52. & 53. edit. Venet. 1737.

(1) *Non amplius hic loquar, nisi de luminibus quibusdam quae noctu sereno aere, & tranquillo apparentia Populis otiosis occasionem dant acies spectrorum in aere depraeliantium fingendi, & victoriam, aut cladem partis, cui favent, ex eo praesagiendi, prout timor, aut spes in animis eorum praepollet.....*

Tertia causa est, cum nubes magis ad septemtrionem accedentes, a quibus lumen accipiunt, sunt in regione aeris tam excelsa, ut radii Solis iam infra horizontem delitescentis ad illas possint pervenire. Si enim attendamus ad refractiones, & reflexiones, quas duae, aut tres eiusmodi nubes, variis in locis sitae, & lumen unae ab aliis accipientes, efficere possunt, facile intelligemus, non opus esse, ut supra modum excelsae sint, ad insolitas quasdam luces noctu exhibendas; atque etiam interdum ad efficiendum, ut ipse Sol supra nostrum horizontem appareat, eo tempore, quo illum infra esse certum est. Cartes. Meteor. cap. 7. Idem Philosophus ibid. cap. 10. expli-

unde innumerabilia, & graviſſima in humanum genus incommoda derivantur. Exemplo eſſe poteſt Nicyas Athenienſium Imperator, qui cum in Sicilia adverſa fortuna pugnaſſet, quem tutum, paratumque habebat receptum Lunae defectione deterritus neglexit, omnemque exercitum perdidit. (1) Cum ſimili timore ſuos milites perculſos Alexander M. videret, paratam, ac iam erumpentem ſeditionem non aliter compeſcere potuit, quam ſi ſuperſtitioni, ſuperſtitionem opponeret. (2) Vetera Oracula, quorum mendacia non tam Sacerdotum aſtutia, quam Populorum Inſcitia, & credulitate valebant, quorumque artificium doctiſſimorum hominum induſtria noſtris temporibus patefecit, maximas perſaepe turbas in Populis excitarunt, & integra Regna vel in ſummum diſcrimen, vel in apertam perniciem adduxerunt. Accidit etiam interdum, ut, quibus Imperium Divinantes promiſerant ad arma contra ſummas Poteſtates capienda, bellique fortunam tentandam animarentur. Quapropter Adrianus Oraculum, quod ſibi Imperium promiſerat ſumma providentia deſtruxit, nequis in poſterum huiusmodi promiſſis ad Regnum affectandum incitaretur. (3) Denique primis Chriſtianae Religionis temporibus ſi Tiberis exundaſſet, ſi Nilus Aegyptum anniverſariis inundationibus non irrigaſſet, ſiqua peſtilentia, vel terraemotus, vel alia publica calamitas accidiſſet, Chriſtiani huiuſmodi aerumnarum cauſae habebantur, & in arenam Leonibus dilaniandi proliciebantur. (4)

Verumtamen non ex naturae ſolum, ſed etiam ex verae Religionis ignoratione deteſtabiles, humanoque generi pernicioſae ſuper-

plicat quomodo ſex Soles diverſi videri poſſint, unus viſione directa, duo per refractionem, & tres alii per reflexionem, & reipſa quinque, ac ſex Soles aliquando viſos fuiſſe teſtatur „ *Fertur*, inquit „ *Poloniae Rex anno* 1625. *uſque ad ſex Soles vidiſſe* ..... *Sed obſervatio pulcherrima, & maxime omnium memorabilis, quas unquam in hac materia vidi, illa eſt quinque Solium, qui* 20. *Martii* 1629. *Romae apparuere hora ſecunda, & tertia pomeridiana.*

(1) Thucyd. Lib. 7. c. 50. Plutarc. in eius vita.

(2) *At illi* (Aegyptii Vates ab Alexandro ſubornati) *affirmant, Solem Graecorum, Lunam eſſe Perſarum, quoties illa deficiat, ruinam, ſtragemque illis gentibus portendi, veteraque exempla recenſent Perſidis Regum, quos adverſis Diis pugnaſſe Lunae oſtendiſſet defectio. Nulla res efficacius multitudinem regit, quam ſuperſtitio. Alioqui impotens, ſaeva, mutabilis, ubi vana Religione capta eſt, melius Vatibus, quam Ducibus ſuis paret. Igitur edita in vulgus Egyptiorum reſponſa, rurſus ad ſpem, & fiduciam erexere torrentes.* Q. Curt. Lib. IV. cap. XXIV.

(3) Fontenell. Hiſtoire des Oracles.

(4) Vid. Tertull. Apologet. c. 40. Arnob. adverſ. Gent. lib. 1. & alibi paſſim.

perſtitiones exiſtunt. Aegyptii, quod fere ſingulae eorum Civitates peculiares Deos haberent, ut Canem, ut Felem, ut Ovem, ut Cocodrillum, (1) & inteſtinis bellorum tumultibus aſſidue agitabantur, & Iudaicum Populum, quod ſua numina immolaret, immortalibus odiis proſequebantur, & acerbiſſimae famis tempore ſeipſos invicem, quam ſuos Deos comedere maluerunt. Quod ſi caſu in eorum domibus ignis debaccharetur magis de ſuis Felibus ſervandis, quam de incendii extinctione cogitabant; Cumque in Peluſii obſidione Cambiſes oves, canes, aliaque animalia in prima acie callide conſtituiſſet, ſe defendere non auſi, ne ſuos Deos telis confoderent, Perſarum Regi ſe turpiter dediderunt. (2) Simili calliditate Ptolemaeus Ieroſolymam Sabbato aggreſſus, qua die omnem Iudaeis defenſionem ſuperſtitio prohibebat, nemine repugnante Civitate potitus eſt. (3) Phocenſes denique cum terras Apollini ſacras falſa religione vetante coluiſſent, finitimos Populos in ſe concitarunt, unde acerbiſſimum decem annorum bellum exarſit. (4)

Sed

(1) *Outre ces Dieux, l'Egypte adoroit un grand nombre des betes. Le beuf, le chien, le loup, l'epervier, le cocodrille, l'Ibis, le chat &c. Pluſieurs de ces betes n'etoient l'obiet de la ſuperſtition, que de quelques villes particulieres, & pendant, qu'un peuple elevoit une eſpece d'animaux ſur ſes Autels, ſes uoiſins les avoient en abomination. De là les guerres continuelles d'une Ville contre un autre, effet de la fauſſe politique d'un de leurs Rois, qu'chercha a les amuſer par des guerres de Religion, pour leur oter le tems, & les moiens de conſpirer contre l'etat. J'appelle cette politique fauſſe, & mal entendüe, parce qu'elle eſt directement contraire au veritable eſprit du gouvernement, qui tend a unir tous les membres de l'etat par les liens les plus etroits, & qui fait conſiſter ſa force dans la parfaite harmonie de toutes le parties.....*

Il y avoit peine de mort contre quiconque auroit tuè volontairement aucun de ces animaux, & meme peine contre celui, que auroit tuè un ibis, ou un chat de quelque maniere, que ce fùt, volontairement, ou non. Diodore raporte un fait, dont il avoit etè temoin pendant ſon ſejour en Egypte. Un Roman aiant tuè un chat par megarde, & ſans deſſein, la populace en fureur courut a ſa maiſon & ni l'autoritè du Roi, qui ſur le champ envoia ſes gardes, ni la crainte du nom Romain ne purent le ſauver. Leur reſpect pour ces animaux le porta dans le tems d'une famine extreme a aimer mieux ſe manger les uns les autres, que de toucher a leurs pretendues divinitès. Rollin Hiſt. des Egyptiens.

(2) Vid. Polyen. lib. 7.

(3) Prideaux hiſtoir. des Iuifs. Liv. 8.

(4) Quod bellum ſacrum fuit appellatum. Vid. Diod. Lib. 16.

Superſtitio anatomes etiam progreſſum quum ſummo artis medicae detrimento diutiſſime retardavit, non apud Ethnicos ſolum, ſed etiam apud Chriſtianos. Vid. eruditiſſimam, & elegantiſſimam A. Cocchii orationem, De uſu artis anatomicae. Florentiae 1736. cujus verba libet afferre, quia paucis opti-

Sed quantum ſuperſtitio in animis hominum poſſit, quam dura ſit domina, quam imperioſa, quam vehemens, barbara, & immanis hominum immolandorum conſuetudo declarat, quam Aegyptii, (1) quam Phoenices, quam Chartaginienſes,

 quam

optima multa, ſuo more, clare, nitideque complectitur. *Longe felicior in promovenda humanae naturae doctrina fuit Ariſtotelis ex filia nepos Eraſiſtratus, utpote cui primo Graecorum licuit hominum viſcera perſcrutari. Fatendum enim eſt antiquioribus ſuae gentis hominibus, & vicinis fortaſſe omnibus mortuorum lacerationem impiam viſam fuiſſe, vel faedam. Aegyptii quippe ipſi, qui minus cadaverum contrectationem execrabantur, cum tamen pollincturae miniſtrum, qui ſectionem auſpicabatur abdomen aperiens, & odio & deſpectui habebant, ut narrat Diodorus, cum ceteros honorarent, qui viſcera reſecabant, lavabant, & illinebant. Et qui veterum libris delectantur animadverterunt, ni fallor, animis hominum ubique inſediſſe ab antiquiſſimis uſque temporibus tantam erga Deos, quos dicebant Manes, reverentiam, ut licet eorum iura ſancta eſſe Legumlatores ſtatuerint, ſumtus tamen, & luctum ab iis removere, vel minuere neceſſarium duxerint.*

Nec multum ſane eae rationes profecerunt quas Plato acute, & eleganter, ut ſolet, ultimo libro legum expoſuit, ut viventes liberaret a nimia erga defunctorum corpora ſollicitudine, quae & idola mera, & carnis maſſae, & terreſtres exanimes cippos veriſſime appellat; quaeque nihil prorſus conſanguineos pertinsant, qui diem ſuum obiere, quibuſque opitulari eſt animus. Quae quidem de animi, & corporis diverſa natura, & per interitum ſeparatione luculenter a Platone explicata, ut ſint ſapientibus ad intelligendum facillima, vulgo tamen adeo videbantur ab humanitate remota, ut non tam Religione abſterrerentur a perſcrutandis mortuorum viſceribus, quam quod iniuriam eo modo illis fieri putarent, quos ſibi perſuadere vix poterant iam Civitatem exuiſſe, vel ſua corpora non curare.

La diſſection du corps humain a paſſè pour un ſacrilege iuſqu'a François I. & l'on voit une conſultation, que fit faire l'Empereur Charles V. aux Theologiens de Salamanque, pour ſavoir ſi en conſcience on pouvoit diſſequer un corps pour en connoitre la ſtructure. Rollin Hiſtoire ancienne Tome treizieme a Paris 1738. liv. 26. pag. 122.

(1) *Comme l'on ignoroit autrefois les cauſes d'une inondation ſi merveilleuſe (du Nil) on ne manqua pas d'en inventer des ſurnaturelles, & la ſuperſtition porta les peuples a vouloir en vendre graces aux Dieux, par de ſacrifices egalement cruels, & impies. On avoit accoutumè d'immoler tous les ans..... une ieune fille, dont la mort etoit un tribut de reconnoiſance, qu'on paioit au fleuve pour tous les biens, qu'il venoit offrir a l'Egypte; & cet uſage inhumain duroit encore lorſque les Turcs ſe rendirent maitres de ce Roiaume. Le premier, qui en fut Gouverneur reſolut de l'abolir, & en vint a bout par ſes ſages remontrances, mais par malheur, le Nil ne monta pas cette annèe a ſa hauteur accoutumèe. L'annèe d'apres ce fut encore pis; ainſi le peuple, menacè de la famine ſe mit a murmurer. Le Gouverneur, qui etoit homme de bien, mena tout le peuple de la Ville, Turcs, Iuifs, & Chretiens, ſur une montagne, qui eſt du cotè du Levant, & leur fit a tous un ſermon fort patetique.* Grand Dieu, *dit il elevant ſa voix,* qui avez creè

le

quam Scythae, (1) quam Galli, (2) quam multae aliae Nationes (3) antiquitus usurpabant, unde innumerabiles homines in

le Ciel, & la Terre, & qui tenez toute la nature dans vos mains, vous nous avez apris dans notre Loi, & vous avez obligè vos Prophetes a la repeter plusieurs fois, que vous avez en horreur les barbares Sacrifices, qui repandent le sang humain sur des Autels Sacrileges; c'est qui m'a obligè a detruire la detestable coutume, qui se pratiquoit dans ce lieu, dont le gouvernement m'a etè confiè; cependant pour prix de ma pitiè, vous semblez refuser a ce peuple infortunè l'unique ressource, qui peut le faire vivre; bienloin de nous en desesperer nous avons recours a votre bontè, & nous allons par nos prieres l'obliger a nous accorder la grace que nous lui demandons. *Il se mit ensuite en prieres, obligea tous les assistans d'en faire autant, & ils passerent ainsi le reste de la journèe, & toute la nuit. Le lendemain, avant le jour, on entendit quelques femmes, qui venojent avec de grands cris de joie aprendre au Gouverneur, que le Nil etoit crû pendant la nuit de donze piques, et qu'il croissoit encore a vûe d'oeil: on n'entendit a cette nouvelle, que de cris de joie de tous côtez, & on rendit publiquement des actions de graces au Createnr, qui avoit ecoutè les prieres de l'Assemblee; on eleva meme, quand on fut descendu de la montagne.... une espece d'Autel de dix pieds de haut, sur le quelle on ietta une grande quantitè de fleurs, & une branche d'olivier.... tribut plus agreable a l'Estre Souverain, que celui du sang de l'innocente victime, que l'on immoloit. Le Nil monta l'annèe, ou arriva cet evenement, deux piques plus haut, qu'a l'ordinaire; l'abondance fut grande dans toute l'Egypte, & on abolit pour jamais l'impie superstition, dont ie viens de parler*,, Paul. Lucas Voyage d'Egypte Tom. 5. liv. 4.

(1) Vid, Herod, lib. 7. Diod. lib. 2. Plutar. de superstit. Tertull. in Apolog.

(2) *Natio est omnium Gallorum admodum dedita Religionibus, atque ob eam causam, qui snnt affecti gravioribus morbis, quique in praeliis, periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant, ant se immolatnros vovent, administrisque ad ea sacrificia Druidibus utuntur, quod pro vita hominis, nisi vita hominis reddatur, non posse Deorum immortalium numen placari arbitrantur: publiceque ejusdem generis habent instituta sacrificia. Alii immani magnitudine simulacra habent, quorum contesta viminibus membra vivis hominibus complent, quibus succensis circumventi flamma exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto, aut latrocinio, aut aliqua noxa sint comprehensi, gratiora Diis immortalibus esse arbitrantnr, sed cum eius generis copia deficit, etiam ad innocentium supplicia descendunr.* Caesar de Bell. Gall. lib. 6.

(3) *Autrefois les Sacrifices des victimes humaines etoient frequens dans tout l'Orient, & principalement dans les pais voisins des Israelites, comme dans l'Egypte, dans l'Arabie, dans l'Idumèe, & dans la Phoenicie. On suivoit les mêmes coutumes a Rhodes, ou' l'on sacrifioit nn homme a Saturne. Dans l'Isle de Cypre on en immoloit a Agraulns, fils de Cecrops. Dans l'Isle de Chio, l'on dechiroit un homme en pieces en l'honneur* de Bacchus Omâdius, *ou le mangeur de chair crne. Dans la Ville de Laodicèe, pres de la Syrie on immoloit une Fille a Minerve. Les Charthaginois ont offert des victimes humaines jusqu'au tems d'Iphicratas,*

Ceux

in execrandis, horrendisque sacrificiis crudelissime perierunt. Xersis uxor Amestris quatuordecim Pueros una die vivos comburi imperavit; ut gratam inferorum manibus hostiam offerret. (1) Chartaginienses mortiferae cuiusdam pestilentiae tempore ingentem puerorum multitudinem immolarunt, ut Deorum iracundiam detestabili sacrificio placarent: (2) Quum vero ad Chartaginis obsidionem se Agathocles compararet, ducentos ex Familiis nobilissimis Pueros Saturno sacrificarunt, & plusquam trecenti Cives eidem numini voluntarias victimas se devoverunt.

At mortis genus ipsa morte multo deterius erat. Nam Pueri vel candenti ex aere simulacro inclusi, vel inflammatis lignis circumdati, vel in ardentes prunas proiecti acerbissima morte interibant: Vtque gratum, acceptumque Deo sacrificium accideret, nulla interea misericordiae signa in astantium

 vulti-

Ceux de Duma dans l' Idumée sacrifioient tous les ans un enfant, qu'ils enterroient sous un Autel, qui leur servoit de Simulacre. Tous les anciens Grecs, au rapport de Plutarque cité dans Porphyre dont nous avons pris ce detail, offroient des victimes humaines a leurs Dieux avant, qu' ils attaquassent leurs ennemis. Les Thraces, les Scythes, les Gaulois, les Atheniens eux-mêmes avoient ces crovelles ceremonies, & Pallas assûre, que ce fût Adrien, qui abolit cette coutume inhumaine dont on ne laissa pas de voir encore des exemples assez long-tems depuis. Calmet in Levitic. cap. 18. v. 21.

(1) Herodot. lib. 7.

Alia etiam superstitionis exempla pro indoctis exponere placet. *Il y avoit chez les Assyriens un Temple de Venus, dans le quel les Femmes etoient obligées d' aller une foi de leur vie, attendre ceux, qui vouloient jouir d' elle: Les Jolies n' y restoient pas long-tems, mais celles, qui etoient difformes, etoient quelquefois obligées d' y demeurer trois, ou quatre ans. Il y avoit une pareille coutume chez les Peuples de Cypre; les Grecs avoient plusieurs Temples dediés a Venus, la prostituè; Solon en etablit un a Athenes.*

Les Habitans de Locre firent voeu un jour de prostituer leurs Filles le jour de la Fete de Venus, s' ils revenoient victorieux d' une guerre, qu' ils avoient avec le Tyran de Rhege.

Il y a dans les Indes des Femmes publiques, appellées Femmes de l' Idole, & l' origine de cette coutume, est telle. Lors qu' une Femme a fait un voeu pour avoir des enfans, si elle mette au monde une belle Fille, elle l' apporte au Bod, c' est ainsi, qu' ils appellent l' Idole, qu' ils adorent, auprès du quelle elle la laisse: Cette Fille etant venue en age prend un logis dans cette place publique: elle etend un voil devant la porte, & demeure a attendre ceux, qui passent par là, tant les Indiens, que ceux de quelque autre Secte, dans la quelle cette debauche passè pour permise, elle s' abandonne pour un certain prix, & elle met tout ce qu' elle peut ainsi amasser entre les mains du Pretre de l' Idole afin qu' il l' employe au batiment, & a l' entretien du temple. Hist. de la Philosophie Payenne chap. 29. n. 2.

(2) Iustin lib. 18. c. 6.

vultibus apparere, nullae in Cognatorum, nullae in Parentum oculis lacrimae: Singultus nulli exaudiri, gemitus nulli, nulla suspiria: Sed omnes forti, constantique animo horribili spectaculo adesse. Et tanta erat, tam atrox, tam immoderata inhumanitas, ut matres ipsae naturalis amoris oblitae blanditiis, & osculis vagitum comprimere conarentur, ne victima repugnanter, interque lamentationes oblata crudelissimo Numini displiceret. (1)

Indignari, Auditores optimi, atque horrere vos arbitror, quod tanta, tamque incredibilis immanitas animos hominum occupare potuerit, & iucundissimo grati animi sensu commotos amantissimo Patri immortales agere gratias, quod nostrae calamitatis misertus *Filium suum Unigenitum dederit, qui de tenebris nos vocavit in admirabile lumen suum*, & ab horribili superstitionum tyrannide liberavit.

Sed, o deplorandam humanae gentis dementiam! Quam multi in sinu Christianae Religionis nutriti clarissimo lumini oculos claudunt, & tamquam si offusa eorum mentibus sempiterna nox esset, ita ruunt in tenebris, omnia miscent, omnia perturbant, ipsamque Religionem, unde salus oriri debuerat, in exitium, perniciemque convertunt.

Hoc satis Valesii declarant, qui praepostero castitatis amore, Origenis exemplo inflammati, non solum seipsos, sed quoscumque comprehendere possent furiose castrabant: (2) Hoc Iacobitae, hoc Abissinii, qui signum crucis candenti ferro in baptizandorum vultibus imprimunt: (3) Hoc Populi, quos Catalanos appellant, qui Romualdum discedere cogitantem, cum aliter retinere non possent, occidere statuerunt, ut saltem eius corpus ad suae Regionis patrocinium haberent: (4) Hoc Gallia, hoc aliae Europae Nationes, quae vulgaribus probationibus; (5) ac iudiciariis, vel voluntariis duellis,

(1) *Blanditiis, & osculis comprimebant vagitum, ne flebilis hostia immolaretur*. Minuc. Fel. ap. Rollin. histoire ancienne T. 1. pag. 195. a Paris 1740. Vid. etiam Plutar. de superstit. Tertull. in Apolog. Herodot. lib. 7. Diod. lib. 2.

(2) Epiphan. haeres. 38. vel 58.

(3) Thiers Traitè de superstitions Tom 2. cap. 9.

(4) Fleury Histoire Ecclesiastique Tom. 12. lib. 57. ad ann. 983.

(5) *Purgationis vulgaris, quae olim ad criminis probationem adhibebatur, variae fuere species, atque inter eas potissimae, & magis usitatae aquae frigidae, aquae calidae, & ferri candentis.*

In purgatione aquae frigidae de crimine aliquo suspectus, vel de eo accusatus in aquam demergebatur, & si supernataret, nocens, ac reus: contra si in imum delaberetur, innocens iudicabatur. Ad hanc probationem alicuius criminis suspecti, vel accusati trium dierum ieiunio praepara-

lis (1) diuturna confuetudine adhibitis innumerabilem innocentium hominum multitudinem vel iniquis fententiis damnatam,

 vel

rabantur, variae ante purgationem orationes fuper eos dicebantur, quibus completis Sacerdos Miffam coram ipfis canebat, quae Miffa iudicii *dicebatur, eratque fpecialiter ad hunc finem compofita. Ipfae orationes fpeciatim dirigebantur, ut per hanc probationem Deus manifeftare veritatem dignaretur.*

Aquae ferventis iudicium erat quo quis de crimine fufpectus, ut fe purgaret, manum im aquam ferventem nudato brachio immittebat, atque fi illaefam extraheret innocens, fi contra, reus pronunciabatur. Hoc iudicium eodem pene ritu peragebatur, quo praecedens.

Probatio per ferrum candens erat, qua fufpectus de crimine ad innocentiae probationem nuda manu ferrum candens tangebat, quam fi illaefam retraheret innocens, fi aduftam nocens iudicabatur. Hoc iudicium eodem rurfus ritu peragebatur, quo fuperiora.

Ex ipfis precibus, & exorcifmis colligitur, quod tunc temporis crederetur, quod ad preces, & exorcifmos illos publice recitatos, nec non ieiunia, quae iungebantur, Deus per miraculum oftenderet innocentiam hominis accufati. Hos ufus tamquam fuperftitiofos Alex. 3. Innoc. 3., & Honorius 3. damnarunt. Haec fere totidem verbis habet Van-Efpen Iur. Eccleſ. part. 3. tit. 8. cap. 4. ubi plenius rem totam perfequitur.

(1) Duella, five fingularia certamina ex eodem fuperftitionis fonte manabant; perfuafum nempe erat, innocentem Divino auxilio victoriam certiffime relaturum. Duella iudiciaria ex legum praefcripto a Iudicibus imperabantur. Ipfi etiam teftes, fi inter fe difcreparent, ad fingulare certamen a Iudicibus adigebantur, & victo dextera manus amputabatur. Refque eo tandem devenit, ut eum de Lege aliqua fancienda ageretur, fi voluntates non confentirent, fingulari certamine, negocium decerneretur „ *Acceſſerunt & hoc temporis intervallo variae Leges novae, a Regibus, & Imperatoribus, vel miffis in Suffragia ordinibus, vel commiffis Campionibus, quos vocabant, latae. Ita fane in comitiis Stelenfibus Otto M. interpretatione authentica decidit quaeftionem iuris Germanici,* num nepotes cum Filiis ad hereditatem fimul admittendi fint, nec ne! *Rem enim Otto M. inter gladiatores difcerni iuffit, vicitque pars, quae filios filiorum computabat inter Filios, & hinc lege perpetua firmatum, ut aequaliter cum patruis vel avunculis hereditatem dividerent. VVittich. Saxo Annal. II. p. 644. Sigeb. Gemblac. ad ann. 942.* „Heinecc. Hiftor. Iur. Civ. Rom., ac Germ. lib. 2. §. 48. Iudiciaria duella romanis Legibus renafcentibus in defuetudinem abierunt, fed voluntaria noftris etiam temporibus cum fummo Chriftiani nominis dedecore vigent. Vid. Slicher *de la iuste defence de l'honneur, où l'on traite en particulier des Duels.*

L. *Duellum*, idem ac *bellum*, apud Veteres Latinos; unde *Lucretius*:

------ *Equorum duellica proles.*

Quod in fuum ufum transferens *Virgilius* extulit:

------ *Equorum bellica proles*

Nam & *duonum* pro *bonum* pari fimilique exemplo dicebant. Barbaris autem faeculis *Monomachiam* ita adpellare placuit Latini fermonis proprietatem ignorantibus, quod huiufmodi certamen duo adverfarii tantum inirent; quod quidem Barbarum nomen Barbaro

at-

vel funestissima morte peremptam viderunt: Hoc denique innumerabilia crudelitatis exempla, quae a veteribus effaeratarum gentium exemplis nec atrocitate, nec multitudine superantur.

Quid autem Mortalium animos in tantos errores, tam multos, tam exitiales induxit, nisi Religionis tum naturalis, tum revelatae ignoratio, cuius dogmata clare aperteque declarant, non terrenis, vilissimisque rebus similem esse Deum, non dissolubilem, non crudelem, non sanguinarium, non dissidiorum amicum, non scelerum, ac flagitiorum patronum, (1) sed ab omni concretione mortali longissime segregatum, sed misericordem, sed optimum, sed sanctissimum, sed hominum Conservatorem, sed concordiae, pacisque custodem, nostraeque felicitatis beneficentissimum effectorem, & Architectum. (2)

Ve-

atque exsecrabili instituto satis congruit. Hoc siquo modo excusari posset, ea potissimum ratione fieret, qua expendendum veniret an ita aliquando maioribus incommodis, & Reip. ac subditorum detrimentis obviam eatur, quam longis illis, implexis, laciniosisque actis, quae Iudices quaesitores criminum condunt, quaestionibus horrendis adhibitis, & tormentis crudelibus irrogatis, Tartareo invento, sub specie extorquendae veritatis; quorum saevitiae saepe innocentes cedunt, & pro reis barbare iniusteque puniuntur. Adeo invaluerunt immania illa placita: *Iudex secundum acta & probata iudicare debet*. Et, *Lex, non Iudex occidit*, & siqua huiusmodi alia. Porro admissa monomachia controversiae cito dirimerentur, nulla impensa, nulla prolixa miserorum hominum vexatione, nulla angustiarum infortuniorumque diuturnitate: & quamvis temere dirimerentur, fors semper & casus iustiores essent, quam multi iudicum, qui vel avaritia abrepti, vel cupidine caeci vel odio impulsi, vel ignorantia ducti, nec legum sententiam exsequuntur, nec iustitiam curant, nec reos puniunt, nec servant insontes. Haec autem dicimus non quod monomachiam probemus, vel recte ac sapienter patriis legibus damnatam non adgnoscamus; sed ut invidiam inde variis nationibus, antiquisque viris, conflatam minuamus, considerantes, ea de medio sublata, non statim innocentes in tuto positos; quum humana prudentia & cautela casu ipso saepe hebetior sit atque iniquior.

(1) *Equidem sic accepi, Pontifices; in religionibus suscipiendis caput esse interpretari quae voluntas Deorum immortalium esse videatur: Nec est ulla erga Deos pietas, nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio, cum expeti nihil ab iis quod sit iniustum, atque inhonestum, arbitrere*. Cic. pro Dom. sua.

(2) Ex naturalibus Dei attributis naturali ratione deprehensis moralia agnoscuntur. Vid. *Clark. de l'existence, & des attributs de Dieu*. Ex attributis vero Divinis tum naturalibus, tum moralibus discimus quomodo Deum colere debeamus, & alia ad bene vivendi regulas pertinentia. *Clark des devoirs de la Religion naturel*. Verum haec omnia longe melius ex divina revelatione addiscuntur,

Verum & alia plurima ex accurata Religionis notitia in Rempublicam commoda redundare apertiſſime comperiemus, ſi modo velimus animadvertere, quam multa firmentur iureiurando: (1) Quam multos Divini ſupplicii metus a ſcelere revocarit. (2) Quam ſancta ſit ſocietas Civium inter ipſos immortali Deo tum Iudice, tum teſte interpoſito: Quam arcte Civium animi iiſdem ſacris, iiſdem templis, iiſdem ceremoniis

(1) *Apud omnes Populos, & ab omni aevo circa pollicitationes, promiſſa, & contractus maxima ſemper vis fuit iurisiurandi. Nam ut Sophocles ait Hippodamia.*

Mens excitari iureiurando ſolet,
Vt bina diligenter evitet mala,
Culpari amicis, & Deos offendere.

Nullum vinculum, *inquit Cicero de off. lib.* 3. ad aſtringendam fidem maiores noſtri iureiurando arctius eſſe voluerunt.

Hinc gravis poena periuris imminere nunquam non credita: ut Heſiodus dixit de iuramento:

Clades mortalibus unde
Adveniunt, quoties fallaci pectore iurant.

. . . .

Forma iurisiurandi verbis differt, re convenit. Hunc enim ſenſum habere debet, ut Deus invocetur, puta hoc modo: Deus teſtis ſit, aut Deus ſit vindex, *quae duo in idem recidunt. Nam cum ſuperior puniendi ius habens teſtis advocatur, ſimul ab eo perfidiae ultio poſcitur . . . . . . Huc pertinent foederum formulae antiquae, quibus mos erat victimas adhiberi, ut apparet* Geneſ. XV. 9. *& ſequentibus. Vt illa Romana apud Livium:* (*lib.* 1.) Tu Iupiter ita illum ferito, ut ego hunc porcum, *& alibi:* (*lib.* 21.) Deos precatus ita ſe mactarent, quemadmodum ipſe agnum mactaſſet. *Et apud Polybium, ac Feſtum:* Si ſciens fallo, ita me Dieſpiter eiiciat, ut ego hunc lapidem. *Grotius De Iur. Bell. ac Pac. Lib.* 2. *Cap.* XIII.

(2) *Nam ſi tota mihi cum corpore vita peribit,*
Nec poterit ſupereſſe meum poſt funera quidquam.
Quis mihi Regnator coeli? Quis conditor orbis?
Quis Deus? aut quae iam merito metuenda poteſtas?
Ibo per impuros fervente libidine luxus:
Inceſtabo thoros: ſacrum calcabo pudorem:
Inficiabor habens aliquod ſine teſte propinqui
Depoſitum. Tenues avidus ſpoliabo Clientes:
Longaevam perimam magico cantamine Matrem.
Tardat anus Dominum dilata morte ſecundum.
Nec formido malum: falluntur publica iura.
Lex armata ſedet: ſed neſcit crimen opertum.
Aut ſi res pateat, Iudex corrumpitur auro.
Rara reos iuſta percellit poena ſecuri.
Sed quid ego haec meditor? revocat Deus ecce ſevera
Maieſtate minax: negat interitura meorum
Per mortem monimenta operum. Non occidet, inquit,
Interior qui ſpirat homo: luet ille perenne
Supplicium, quod ſubiectos male rexerit artus.
Prudent. lib. 2. contr. Symmac. edit. Paris. 1580.

niis inter se consocientur: Quantopere moralis disciplinae praecepta Evangelica Doctrina perficiantur: (1) Quantopere bellica virtus sincera Christianae Religionis professione roboretur: (2) Quantopere publica tranquillitas foveatur, cum Sacerdotii & Imperii iura Divina Autoritate firmata, suisque terminis distincte circumscripta cernuntur.

Sed nullibi melior scientiarum, quas hactenus memoravimus, institutio, nullibi commodior existit, quam in iis Scholis, quas ex universarum Facultatum instituto, Vniversitates appellant, si modo ad rectas rationis regulas dirigantur. Vbi enim docendi munus non potentiae, non gratiae, vel largitioni, sed virtuti, meritisque tribuitur: Vbi ex Legum praescripto non impiae, non seditiosae opiniones, non Religioni, vel bonis moribus, vel Sacerdotii, & Imperii iuribus adversantes, sed rationi, sed Evangelio, sed publicae tranquillitati maxime consentaneae Adolescentium animis inseruntur: Vbi nullam Magistri ab Auditotibus laborum mercedem exigere possunt: Vbi singulis Praeceptoribus certa docendi ratio praescribitur: Vbi sine magisterii titulo ad nullum fere honoris gradum est aditus, nec ullus Iuventuti ad magistri Dignitatem accessus, nisi scholas ad praefinitum tempus vere (3) frequentasse se probet, & in doctrinarum studiis non me-

(1) *Dans l'histoire de la Philosophie Payenne ch.* 34. apertissime ostenditur, nullam fuisse Philosophorum Sectam, quao magnos errores non docuerit. Quod fusius prosequitur *Clarck Des devoirs de la Religion naturelle cap.* 9. *&* 10. Optime, ut solet, Augustinus in Ps. 140. n. 19. „ *Philosophi tamdiu videntur aliquid dicere, quandiu Christo comparentur.*

(2) Machiavellus (*de' Discorsi lib.* 2. *cap.* 2.) temere affirmat, militarem virtatem Christiana Religione enervari, quod animi demissionem, rerumque humanarum contemptum inspiret; sed contra certum est, nulla re magis animum ad virtutem accendi, & ad omnia officia diligenter, sancteque servanda inflammari. Nam qui eam sincere profiteatur non res terrenas, atque caducas, sed coelestia spectabit, & ex rerum humanarum despicientia, aeternaeque felicitatis fiducia vitam pro nihilo habebit, omniaque sua munera, Deo praecipiente, constantius implebit. Quod confirmatur veterum Christianorum exemplo, qui meliores Romani Imperii milites erant. Huc transferri potest praeclara Xenofontis Sententia Cyroped. lib. 13. *Qui magis Deos timent, minus homines timent*. Vid. Traitè de l'opinion liv. 6. ch. 2. n. 24. ubi Machiavelli commentum refertur, ac fuse refellitur.

(3) Vere, inquam, non simulate, ut in nostra Civitate hactenus factitatum, ubi publici Professores scripto testari consueverant, se per plures annos Auditores habuisse, quos vel octies tantum, vel decies singulis annis habuerant.

mediocriter profecisse; nec porrò Parentum avaritia, vel paupertas rectae Filiorum institutioni adversatur, nec ullus profecto vel malis doctrinis, vel negligentiae locus relinquitur. Quae quum semel stabilibus, fixis, ratisque Legibus sunt constituta, nunquam in Civitate optima studiorum ratio deficiet, nunquam eludetur, nunquam nutabit, perpetuamque Posteris animorum rectissime excolendorum opportunitatem praebebit.

Illud etiam accedit commodum, quod quotidiana Auditorum, Doctorumque collocutione, singulorum cogitata, & inventa ceteris communicantur, illustrantur, ac perpoliuntur: Et ipsa loci opportunitas, atque ordinata temporum distributio saepenumero Adolescentes ad plures magistros eadem die audiendos, tamquam aliud agentes, invitat, unde varia, ac multiplici omnium fere Facultatum cognitione exornati, in ea, cui se potissimum dediderunt quotidie magis, magisque proficiunt. Nam fere omnes Disciplinae habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur, nec ulla propemodum potest sine aliqua ceterarum notitia consistere. Sed & ingenii nobilis aemulatio, quae plerumque cum inter Adolescentes, tum inter ipsos Praeceptores exoritur, mirabiles persaepe fructus producit, & stipendii augmentum certo tempore diligentioribus magistris propositum magnos iis stimulos admovet, & ipsi Discipuli se aliquando in Praeceptorum locum succedere posse sperantes ad omnia studia diligentissime prosequenda mirabiliter incitantur.

Postremo illud etiam considerandum, quod exterarum Nationum Adolescentes famae celebritate permoti magnis impensis ad illustres Academias tamquam ad sapientiae domicilium proficiscuntur.

Intelligitis ergo quot commoda ad optimam ingeniorum culturam, quot incitamenta ad omnia studiorum genera summa diligentia prosequenda, quae Civitatibus gloria, quot, quanta, quam multiplicia emolumenta ex rectè institutis Vniversitatibus exoriantur.

Ex iis, quae breviter, summatimque descripsi, praestantissimi Auditores, satis intellexisse vos arbitror quot utilitates, ex recta studiorum institutione in Rempublicam deriventur, unde alia innumerabilia, quae brevitatis causa praeterii, facili negotio per vos ipsos excogitare potestis. Sed interim quo tandem animo in beneficentissimum

Prin-

Principem esse debemus, quibus eum laudibus efferemur, quibus studiis prosequemur, qua benevolentia complectemur, quod Maiorum suorum, quod MEDICEAE Familiae, cuius Imperio successit, quod LEOPOLDI, quod CAROLI augustissimi Imperatoris, atque amantissimi Soceri gloriosa exempla imitatus, felicissima veteris Graeciae, felicissima Augusti tempora revocare, nostramque Civitatem Athenarum aemulam efficere summo studio nitatur.

Quod si beneficium eo maius censeri debet, quo maiora ex eo bona proficiscuntur, quo diutius eius vis, effectusque perdurat, quo longius, latiusque diffunditur; quantum, quam amplum, quam fructuosum optimi Principis beneficium existimabimus, unde innumerabilia, ut audistis, in Rempublicam commoda derivantur, & in sempiternum tempus derivabuntur, & in singulos cuiusque Ordinis Cives latissime diffundentur? Etenim literarum, bonarumque artium fructus non modo ad earum cultores pervenit, sed gliscit in dies magis, magisque disseminatur, & ad rudes etiam infimae conditionis homines diuturna vitae consuetudine propagatur. Quamobrem vel ipsa doctarum Civitatum Plebecula, si cum montanis, rusticanisque Populis comparetur, minus superstitionibus dedita, minus erroribus mancipata, minus contumax, minus agrestis apparet. Testis est Italia, testis Gallia, testis Britannia, quae quum olim in omni barbarie sepultae iacerent, ad summam humanitatem, accedentibus literis, devenerunt. Testis est Graecia, quae quondam propter omnigenam eruditionem, atque doctrinam ceteras omnes Nationes & eloquentia, & militari virtute, & Reipublicae gerendae prudentia, & humanitate, & omni arte liberali longissime superabat; ubi vero literas colere desiit, in summam morum rusticitatem, ignobilitatem, contemptum, in omne denique calamitatum genus miserrime devoluta est. Testis tandem Sarmatia, quae nuper nec nimis valde unquam, nec nimis saepe laudati Principis opera immanes, agrestesque mores, universa Europa, atque Asia admirante, ex improviso deposuit, novamque faciem, novamque formam repentina mutatione suscepit, ut olim in quibusdam Populorum migrationibus, si forte in novis sedibus figendis saltuum obiectu impedirentur, repente ex dumetis, ac sylvis Civitates atque agri frugiferi quasi emergere videbantur.

O singularem igitur Clementissimi Principis Beneficentiam! Qui in Academiae nostrae instauratione tot, tanta,

ta, tam multiplicia bona Civitati noſtrae propoſuit. Quam ergo gratiam beneficentiſſimo Parenti pro tanto munere referemus? Hoc unum ille intuetur, hoc unum expoſcit, hoc unum exoptat, ut ſecum in publica felicitate promovenda quam diligentiſſime laboremus. Veſtrum eſt itaque, doctiſſimi Praeceptores, in optimam Adoleſcentium inſtitutionem, veſtrum ingenioſſimi Adoleſcentes in aſſiduam ingenii exercitationem toto pectore incumbere; veſtrum, univerſi Cives, beneficii magnitudinem ex animo agnoſcere, proque amantiſſimi Patris incolumitate, hoc eſt pro communi veſtra ſalute, Deum optimum maximum omni tempore deprecari.

L A V S D E O.